propono, quod cum pie memorie quondam Reverendus in Xpo pater et dnus, dnus Chunradus Ratispon. Ecclie Epus predecessor dni mei sanctissimo in Xpo patri dno quondam dno Clementi pape esset in quadam pecunie summa, quam de decima eidem dno Pape collecta mutuo receperat, obligatus, nec eadem pecunie summa esset per dictum dnum Chunradum tempore, quo vixerat, persoluta, tandem eo viam universe carnis ingresso, succedente sibi in ipsius Ratispon. Epatus regimine dno meo antedicto, venerunt ad ipsum honorabiles viri dnus Petrus Duranti tunc Canonicus Ebredunen. et dnus Bernardus de monte Velrano Nuntii ssmi in Christo patris et dni Johannis nunc Pape XXII. petentes ab ipso dno meo, prout ex mandato ipsis tradito poterant, debitum antedictum, et concordantes cum ipso dno meo de dicto debito in unam certam summam pecunie, videlicet mille marcarum argenti puri, terminos statuerunt, infra quos solutio dictarum mille marcarum argenti per dnum meum plenarie fieret et in totum, committentes ipsarum mille marc. argenti solutionis receptionem et quittationem earundem certis personis fratrum predicatorum domus Ratispon. faciendam, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur. Advenientibus itaque solutionis terminis dnus meus prefatus, prout suis litteris promiserat seque sub certis penis obligaverat, in quolibet termino solvendum plenarie persolvit, ita quod plene et absque omni defectu et diminutione ante dictis personis mille marcarum argenti puri summam exsolvit, prout ex quittationis litteris sibi super solutione ipsa a personis prenotatis, quibus solutionis receptio ac ipsius debiti quittatio commissa fuerat, liquet et patet manifeste, quarum quittationum litterarum copiam cuilibet petenti, cujus interest et interesse potest, paratus est idem dnus meus facere, prout justum est, tenetur. Sed hujus integre ac complete solutionis et facte quittationis forte immemor, aut nescio quo ductus spiritu, aut qua motus causa, — cum solutione ejus, quod debetur, cessit omnis actio omnisque obligatio, — prescriptus dnus Petrus Duranti scribens se nuntium sanctissimi in Xpo patris et dni dni pape antedicti unicum et Archidiaconum Tullen. nullum tamen mandatum de hoc exhibens aut de aliquo mandato fidem faciens, a sepe nominato dno meo ultra debitum solutum 21 marcas argenti de novo improvide et indebite exigit et requirit impudenter dicens, eas in solutione dictarum mille marcarum sibi deficere, cum dictus dnus meus debitum ante scriptum mille marcarum non sibi, sed personis, quibus solutionem recipiendam commiserant ipse et suus collega, persolverat, cujus etiam debiti quitta-

tionem plenariam in nullo defectuosam aut diminutam ab ipsis fratrum predicatorum personis dnus meus habet et recepit eorum Sigillis consignatam, propter quod ego sentiens prenominatum dnum meum per dictum dnum Petrum Duranti indebite contra deum et justitiam pregravari et pregravatum fore, ne forte, ut verisimiliter presumitur et presumi potest, ad aliquas possit de facto quovis ac de jure sententias procedere, et non rationis judicio, sed sue voluntatis arbitrio fulminare, ad Sedem aplcam nomine procuratorio ipsius dni mei appello in hiis scriptis, ipsum statum suum ac Ecclie sue ejusdem Sedis protectioni supponens, aplos vestros testimoniales peto ac iterum et iterum cum instantia peto mihi dari, protestor insuper, quod omnia supra dicta coram ipso dno Petro Duranti dixissem et proposuissem, si ejus copiam habere potuissem, et ad eandem appellationem coram ipso interposuissem, et interponam et interpositam innovabo procuratorio nomine dni mei, prout de jure teneor et debebo. Facta est hec appellatio anno dni 1322. feria quinta proxima post Laurentii martyris.

Adpendent 7. Sigilla, scil. abbatis S. Jacobi, praepositi S. Magni, praepositi S. Joan. Kamureti Scol. Satelbogerii, Sifridi et Aheimerii Canonicorum.

Num. DCCCXXIV. 1322. 1. Oct. Ex Originali.

Excusatio Nicolai Epi Ratisbon. super executione Censurarum in duces Bavariae ab ipso non facta, et appellatio ad summam Sedem contra Censuras ab Archiepo Salisburg. contra ipsum latas.

In nomine domini amen. Coram vobis honorabilibus viris Chunrado preposito, Ulrico decano, Sifrido Chastenario, Laeutwino Gamereti Scolastico, Richkero de Aeheim, Werntone pincerna de Reichenekke, Chunrado de Satelpogen archidiacono Canonicis Ratispon. Magro Meinhardo plebano in Slakenwerd et Chunrado plebano in Erling capellano nro constituti Nos Nycolaus dei gra Ecclesie Ratispon. Epus dicimus et proponimus, quod cum Reverendus in Xpo pater et dnus dnus Fridericus dei gra sce Salzburgen. Ecclie archiepus, aplce Sedis legatus contra illustres principes dnos Heinricum et Ottonem Comites palatinos Reni, duces Bawarie quasdam Excommunicationum in personas, et in terram eorum interdicti, nec non quasdam alias Sententias certis ex causis protulisset, declarasset, denunciasset et ostendisset, videlicet pro eo, quod in

terris et districtibus per Salzburgen. Ratispon. Frisingen. Patavien. et Chyemen. dioceses Salzburgensis provincie de universis et singulis jumentis, pecoribus, pecudibus et porcis apud homines et in bonis Eccliarum et ecclcarum personarum repertis indebitam Collectam contra libertatem Ecclesiasticam recipere presumpserunt, nobisque precipiendo mandasset suis litteris sub certis penis, ut receptione dictarum litterarum infra 10 dies, quos nobis pro duobus edictis, et tertio peremptorio assignavit, sententias, declarationes, denunciaciones et ostensiones predictas in nra kathedrali Ecclesia, nec non in singulis Collegiatis et parochialibus Ecclesiis Civitatis nostre publicaremus et publicari mandaremus, et interdictum generale predictum in terris prefatorum dnorum ducum per nram dyocesim faceremus inviolabiliter observari, et nichilominus in dictis nre Civitatis et dyocesis Ecclesiis ipsos dnos duces predictos faceremus pulsatis campanis, extinctis candelis excommunicatos denunciari singulis diebus dominicis et festivis, ac alia faceremus predictis litteris suis comprehensa, ubi id absque periculo denunciancium fieri posset, quod nro duxit arbitrio relinquendum, alioquin in nos suspensionis, et si infra alios 10 dies continuos mandatum hmoi exequi tardaremus, excommunicacionis Sententias protulisset; Nosque parati essemus cum omni reverentia et honore predictis mandatis humiliter obedire et devote, licet satis grave nobis foret in tam angusto dierum spacio talia exequi et hmoi publicacionis litteras confici fecissemus et conscribi, nec restaret, nisi earum sigillacio et per Civitatem et dyocesin missio; repente in medio noctis silencio rumor nostris auribus insonuit de Victoria Serenissimi dni Ludowici Romanorum Regis semper augusti, cujus adjutores in ipsa victoria fuerant dni duces antedicti, propter quod non immerito timore et metu, qui in constantem cadere poterant, perteriti, cum ante victoriam potentes, ex victoria effecti fuerint potentiores, mandatum nobis directum exequi perhorruimus, periculum tam vite nre, quam tocius Status nostre Ecclesie formidantes, cum exercitus predictorum dnorum adhuc in loco, in quo factum est prelium, qui proximus est Castris Ecclesie nostre in Teispach, Eberspeunt et Hohenburch in fixis tentoriis consistebant, nichilominus timentes per nros processus duces antedictos contra predictum dnum Archiepum et suam Ecclesiam jam provocatos amplius provocare, cum major multitudo nobilium ipsius Salzburgensis Ecclesie in ipso conflictu devicta foret et eciam captivata, turbabamur eciam non modicum ex intimo cordis nri, bonum obediencie, ad quod tenebamur, preterire, unde sencientes nos ex mandato pre-

dicto predicti dni nri Archiepi pregravari et pregravatos esse, cum per ejus executionem non timore vano, sed timore, qui cadere potest in constantem, verisimiliter timere possemus et possimus non solum periculum Status tocius Ecclesie nre, verum etiam vite proprie et persone, presertim cum non fuerit mandati intencio, ut ex execucione sui mandati talia pericula prompta et certissima incidamus, qui ubi sine periculo denunciancium posset fieri, denunciacionem fieri demandavit, nec etiam, ut certo certius scimus et credimus, si eventum talem prescivisset, nobis illa vice mandatum tale direxisset, non ex contemtu, rebellione aut inobediencia, sed ne Sententiis contra nos latis, non exequendo mandatum, involvamur, aut exequendo tam vite, ac persone nre et Status tocius Ecclesie nre prompta pericula incurramus, necesse coacti, non voluntate ducti ad Sedem Apostolicam appellamus in hiis scriptis subiiciens nos, Ecclesiam nostram, res et honores, jura, libertates et statum ipsius protectioni Sedis antedicte. Protestamur eciam, quod hanc nram appellationem coram prenominato dno Archiepo libenter fecissemus, si ejus copiam poteramus habuisse, et sicut citius commode facere poterimus, ei ipsam intimabimus et eam innovabimus coram ipso: petimus etiam super ipsa appellatione nostra vestras testimoniales litteras, vestris Sigillis communitas. Interposita est hec appellatio anno dni 1322. prima die intrante Octobre, presentibus supra scriptis.

Adpendent omnia Sigilla eorum, in quorum praesentia lecta et publicata fuit haec adpellatio.

Num. DCCCXXV. 1322. 30. Nov. Ex Originali.

Vereinigung zwischen Bischof Niklas, Heinrich König in Böhmen, und Heinrich Herzog in Niederbaiern mit König Ludwig wider den Velber wegen seiner Burg Neuhaus.

Wir Nycolas von Gots gnaden Pischof ze Regenspurch, und wir Heinrich von Gots gnaden Chünich ze Pehaim und ze Polan, Herzog ze Chaernden und Graf ze Tyrol, und wir Heinrich von Gots gnaden pfallentzgraf ze Reyn und Herzog in Bayern verjehen alle drei offenlich an disem brief, daz wir unserm lieben herrn, dem hochgeporen Fürsten, Chünich Ludewich von Rom gelobt und gehaizzen haben und er uns herwider, daz wir daz neue Haus, daz Ekke der Velber inne hat, alle vier besizzen suln also, daz unser

jeglicher einen Hauptmann da haben soll mit 12 helm in sein selbes Choste on der andern schaden, und di sulen von dem Haus nimmer chomen, ez werde é zerbrochen umb den unmüglichen schaden, den er unsern landen und Läuten getan hat auf Wazzer und auf Lande und auf der Strazze. Ez suln auch unser hauptläut da sein, des ersten unsers Herrn wegen des Chünigs Zachareis von Höhenrain, darnach von unser Pischofs Nycolaus wegen Sighard von Eglolfsheim, oder ein ander, der als gut sei, darnach von unsern Herzogs Heinrich von Chaernden wegen Thomas von Vreuntsperch oder Heinrich von Rotenburch, darnach von unser Herzogs Heinrichs von Payern wegen Seifrid von Rotenburch, wir sollen auch di sache angreiffen noch vor Vasnacht, swenn sein unser hauptläut ze rat werdent. Und darüber ze einem Urchunde geben wir diesen brief versiegelt mit unsern Insigeln. Daz ist geschehen ze Auspurch, do von Christes Gepurt waren 1322 Jar an sant Andrestag.

Tria Sigilla minora appendent, 1) Epi Nicolai, 2) repraesentat caput coronatum sine circumscriptione, 3) scutum cum rhombis et circumscriptione: † S. Credencie. duc. Bawarie.

Num. DCCCXXVI. 1322. 19. Dec.: Ex Originali.

Regis Ludovici Privilegium concessum clero cis et trans Danubium.

Wir Ludweich von Gotes genaden Römischer Chunich, ze allen Zeiten Merer des Reichs verjehen und tun kund allen den, die disen Brief ansehent oder hörent lesen, daz wir durch Got und ze mehrung unsers Hails und unser eren aller pfafheit in unserm lande ze Bayren jenhalb Tunau und dishalbe alle ire Vreiheit, die si habent von gaistleichen oder von werltleichen rechten, von Päbsten und von Chaisern, bestäten ewichleichen mit disem brief für uns und unser erben, daz in dhain unser Amptmann, Vitztum, Richter, Vogt, Scherg, noch dhain Mann in dem Land, Edel oder Unedel, Arm oder Reich in dhaine Weis bechrenchen oder übervaren sol pei unsern hulden und pei unsern genaden. Es sol auch dhain Vogt von In, noch von dhainem irem Gut, Widem, Hofstetten, oder was si anders habent, es sein Widemläut oder Gut, nicht mehr nemmen, dann daz alt Vogtrecht, und sol über daz weder mit Stiwer, noch mit dhainem andern Dienst mer an si vodern, noch von In nemmen. Stirbt ein pfaffe, des Guts sol sich dhain Vitztum, Richter,

Vogt, Scherg underwinden von dhainerlei sachen, sundern es sol dahin gevallen, do es der pfaff hinschaffet, an di Chirchen, oder als es pfäfleichin recht sagent von Päbsten und von Chaisern. Es sol auch Niemant dhainen pfaffen, noch sein Gut bechlagen vor dem Richter, dann vor Irem Richter; es sei umb Gült, oder umb swelcherlay daz ist, und swas gewonhait wider di vorgenannten Vreiheit der pfaffen und wider unser vorgenannt bestätigung in allem unserm lande ze Bayren aufgestanden sint, di nemmen wir ab, und wellen si nicht chraft haben. Swer darüber ainem pfaffen wider sein Vreiheit und unser bestätigung icht Ungemachs tut, den wellen wir pessern darumb an seinem leib und an seinem gut, und wellen, daz er uns gevallen sei, swie wir in pessern wellen, als wir es mit den Rechten erlangt hetten gen Im; swas darzu di pfaffen mit gaistleichen Rechten gein den handelnt, di si beswärent wider di vorgeschriben unser bestätichheit, daz ist in do nicht abgenomen, es sei unser gut wille und gunst, daz si daz volfüren. Darüber ze ainem Urchund geben wir In disen brief mit unserm Chünigleichen Insigel versigelt, der geben ist ze Munichen an dem Sunntag vor sant Thomans Tag, do man zalt von Christes gepurt 1322 Jar, in dem niunten Jar unsers Reiches.

Sigillum majestat. adpendet.

Num. DCCCXXVII. 1323. 23. Maii. Ex Originali.

Die niederbair'schen Fürsten geloben, der Freiheit der Geistlichen nicht mehr entgegen zu handeln.

Wir Heinrich und Ott Prüder, und wir Heinrich ir Vetter Herzogen ze Baiern etc. verjehen, daz wir durch etliche unser Nothdurft haben abgenommen ein Chlosteur ab der Pfafheit Gut und ab ir Läuten in unserm lande, do wir nicht Recht dazu heten, und haben daran übervaren der Pfafen Vreitum, und waren auch darumb chomen in offen Pan, und in unserm lande ward der Gotsdienst und das Singen verboten. Nu habent uns di erberen Herren Hr Fridrich Erzbischof zu Salzburg, Hr Niklas Bischof zu Regenspurg, Hr Albrecht Bischof zu Pazzau, Hr Ulrich Bischof zu Chiemse, und daz Capitel von Frising, do ze den Zeiten nicht Bischof waz, auz dem Pan lassen, und den Gotsdienst und das Singen erlaubet in unserm Lande nach unser Pet, und nach unser Vodrung, di wir in demü-

thichlichen haben getan, und haben wir Got ze Pezzerung und in ze Ergetzung verhaizzen für uns, und unser Erben und unser Nachchomen mit unsern Treuen und mit unsern Aiden, di wir darum haben gesworn, daz weder wir, noch dhein unser Nachchomen, weder durch unser Ritterschaft, noch durch Heirat, noch durch Hervart, noch durch dheinerlei Notdurft oder Sache dhein Closteur, noch acht tail oder ander Tail dez Dienstes ab den Guten, oder dhein ander Voderung oder Steuer, di unbillich ist, und der wir nicht recht haben, und di wider der Pfaffen Vreitum ist, weder mit Pet, noch mit gewalt mit uns selben, oder mit ander Jeman heimlich oder offenlich fürbaz nimmer genemmen. Gegeben ze Regenspurg 1323. am Montag vor St. Urbanstag.

Tria Sigilla equestria adpendent.

Num. DCCCXXVIII. 1323. 21. Maii. Ex Originali.

K. Ludwigs Bestättigung des von den Herzogen Heinrich und Otto gemachten Versprechens, keine Klosteuer mehr auszuschreiben.

Wir Ludwich von Gots genaden Römischer Chünich, ze allen zeiten Merer des Reiches verjehen offenbar an dem brief. Wan unser lieb Vettern und Fürsten Heinrich und Otto, Herzogen in (Nieder-) Baiern chomen waren in einen Pan gen dem Pischof ze Regenspurch um ein Chlosteur, di si genommen habent ab ir Läuten und Pfafheit: Nu habent si sich mit demselben Pischof verrichtet auf ein End nach unserm Haizzen, und gegeben darüber ir Brief, daz sogetan Steur und Vodrung von in und ihren Nachchommen nimmer genommen werd, und diselben brief, di si im darüber gegeben habent, di stäten wir im für uns und für unser Nachchommen; und darüber ze einem Urchund geben wir in den brief versigelten mit unserm Insigel, der ist gegeben ze Regenspurch, do man zalt von Christes Gepurt 1323. Jar, an dem nächsten Sambstag nach Pfingsten, in dem neunten Jar unsers Reiches.

Sigillum minus adpendet.

Num. DCCCXXIX. 1324. 25. Febr. Ex Originali.

Concessio vitalitia Sylvae in Comitatu Staufensi ad runcandas vineas.

Wir Niclas von Gots gnaden Pischof ze Regenspurch verjehen offenlich an disem brief, daz wir Berhtolden dem Tuntzinger, unserm Weinzierl ze Stauff, Leukarden seiner Hausfrowe, und Albrehten seinem bruder unser holtz oberhalb des Räters und neben der Snarren lazzen haben ze räuten, und waz si sein räutent, daz sullen si haben ungedient zu ir dreier Leiben on den zehent allain, den sulen si davon geben; swann auch diselben drei Leib absterbent, so sint diselben Weingarten, di si geräut haben, uns und unserm Gotzhaus ledich worden on all Widerred. Und darüber ze einem Urchund geben wir in disen brief, versigelt mit unserm Insigel. Der ist gegeben ze Regenspurch, do von Christes gepurt waren 1324 Jar, an sant Mathias Tag.

Sigillum Epi illaesum adpendet.

Num. DCCCXXX. 1325. 29. Martii. Ex Originali.

Paulsdorfers Quittung über erhaltene 12 tt. R. dl.

Ich Heinrich von Paulstorf Marschalch in obern Bayern vergich offenlich an disem brief, daz mich mein genädiger Herr Pischof Nycla von Regenspurch verricht und gewert hat 12 tt. R. dl. da ich sein pürg was hintz Fridrichen dem Vranchen von Rosenberch, da er ein Ros von im chauffet seinem Diener Heinrich dem Haimbekchen, und haben auch ich, noch derselb Vranch umb die sache hintz im, noch hintz seinem Gotzhaus nichts nicht mer ze sprechen, und gib im des darüber ze einem Urchund disen Brief versigelt mit meinem Insigel, der ist geschriben ze Regenspurch, do von Christes Gepurt waren 1325 Jar, dez Freitags vor dem Palmtag.

Sigillum laesum adpendet.

Num. DCCCXXXI. 1325. 31. Martii.

Nicolaus Epus Ratisponensis Ecclesiae confirmat Monasterio Aldersbacensi incorporationem Parochiae Geierstal, cujus jus patronatus jam anno 1299. Duces Otto et Stephanus dicto Monasterio donaverant, statuens, quod abbati et conventui

singulis annis per eum, qui Pastor Ecclesiae pro tempore fuerit, 16 tt. denar. Ratispon. in omnem eventum solvantur. Insuper Pastor omnia et singula jura papalia, et Episcopales collectas ac procurationes expedire tenetur, provisurus diligenter, quod Ecclesia praedicta divinis et debitis non fraudetur obsequiis. Datum Ratisponae pridie Kalend. Aprilis, anno Domini 1325.

Mon. Boic. V. 419.

Num. DCCCXXXII. 1325. 27. Junii. Ex Originali.

Papa Joannes XXII. decernit, Monasterium sancti Emmerami Ratispon. esse et remanere ab omni Epli et Archiepli jurisdictione, potestate ac dominio exemptum, statuit tamen, ut Epus Ratispon. possit electionem abbatis auctoritate Apostolica confirmare, vel etiam infirmare, prout justitia suadebit, rite electo benedictionis munus impendere, et ab eo juramentum fidelitatis auctoritate praedicta recipere, nec non Monasterium visitare, ac penes abbatem instare, ut corrigenda et reformanda corrigat et reformet. Si vero abbas in correctione et reformatione fuerit negligens vel remissus, Epus insinuat illa Romano Pontifici per eum reformanda et corrigenda. Demum Monasterium tenetur, Epo et suis Successoribus triginta libras Turonens. parvorum (i. e. 10 tt. denar. Ratispon.) annuatim solvere. Datum Avinioni V. Kal. Julii, Pontificatus PP. Joannis XXII. anno decimo.

Plumbum: Joannes PP. XXII.

Chartae antiquissimam hujus Coenobii Exemptionem probantes, scilicet Caroli M. circa a. 796. Papae Leonis III. de a. 798. Imp. Ludovici Pii circa a. 827. Imp. Arnolfi circa a. 896. Imp. Ottonis I. circa a. 969. et Imp. Friderici I. de a. 1153 unacum inserta Bulla Papae Lucii II. (quae continentur in Libro Probat. ad Mausolaeum San- Emmeram. sub Num. II. III. IV. XXX. XLV. et LVII) sunt fictitiae, juridice aeque ac historice falsae.

Num. DCCCXXXIII. 1325. 8. Jul. Ex Diplomatario.

Capituli cathedralis concordia facta cum Capitulo S. Joannis circa areas et domos ad promovendam structuram Eccliae majoris Ratisbon. necessarias.

Chunradus prepositus, Ulricus decanus, totumque Capitulum Ecclie Ratisponensis presentibus profitemur, quod, cum structura nostri monasterii ulterius procedere non posset, non habitis areis et domibus ad Eccliam s. Joannis ibidem titulo proprietatis pertinentibus,

de recompensacione earundem facienda Capitulo S. Joannis, hinc et inde tractavimus diligenter, et quia cum predictis dominis de sco Joanne omnino concordare nequivimus, nos, dictum Capitulum, cum dnis decano, preposito, totoque Capitulo S. Joannis in hoc concordavimus, ut committeremus in omnibus et per omnia dno Ulrico de Haimberg decano Ecclie nostre, qui propter urgentem necessitatem sibi assumpsit diffinitionem recompensationis faciende, et sic arbitrando diffinivit, ut prefate fabrice cedant aree cum domibus titulo proprietatis infrascripte, videlicet area et domus pistoris, et area cum domo, quam inhabitavit vir discretus Gotfridus socius in majori parochia, et area cum domo, quam tenebat vir honestus Gumpertus Camerarius Civitatis jure precario, et area cum domo, in qua quondam habitavit Sachsimia, cum cellario ejusdem domus, quod cellarium dictum Capitulum S. Joannis pro suis usibus habebat et tenebat, adjiciens, ut Capella S. Nycolai cum granario super Capellam posito, cum domo, in qua quondam habitabat Drechsel, de quibus ad presens nichil est tractatum, nec diffinitum, sed Capitulo S. Joannis remanebunt, ita, ut infra festum B. Galli proxime venturum, faciant tectum ultra granarium de lateribus suis laboribus et expensis, murum seu muros in nulla sui parte elevando; alioquin nos Capitulum Ratisponense in dampnum ipsorum, et sumptibus dicti Capituli facere possumus et debemus; et omnes inquilini usque ad festum S. Emmerami proxime venturum in domibus remanebunt. Nos igitur dictus Chunradus prepositus, Ulricus decanus, totumque Capitulum Ratisponensis Ecclie in recompensationem omnium predictorum nobis traditorum, datorum et assignatorum per prepositum, decanum et Capitulum S. Joannis eis donavimus, tradidimus, assignavimus et deputavimus redditus 11 tt. denar. Ratispon. usualium anno quolibet integraliter percipiendos in Ecclia nostra in Saler; sed cum Ecclia in Walhensdorf vacare ceperit, tunc census taxatus de eadem Ecclia solvendus cedet Capitulo s. Joannis, et si taxatus census jam dicte Ecclie erit infra 11 tt. tunc residuum usque ad summam 11 tt. solvetur de censu domus quondam dni de Lichtenberg confratris nostri, que contigua est domui Liutwini scolastici nostre Ecclie, et si opus fuerit, de prediis nostris sitis in Saler ipsi Capitulo s. Joannis in omnem eventum annuatim in suis terminis plenarie satisfiet, et sunt hii termini: Michahelis 3 tt. minus 60 denar. Andree tantum, in purificatione tantum, et Georii tantum. Et cum eadem Ecclia vacabit, ad ipsam Capitulum s. Joan. Dno Epo Clericum ydoneum presentabit. Adjectum est etiam, ut quicunque contra dictam diffinitio-

nem venire attemptaverit, Fabrice kathedralis Ecclie centum libras denar. Ratispon. solvere teneatur, ad quam penam solvendam obligamus nos unacum Capitulo s. Joannis, contradictione qualibet non obstante; et si aliqua in dubium revocantur circa diffinitionem commissam dno Ulrico decano nostro, horum interpretationem, declarationem, amputationemque Decanus sibi in posterum reservabit, et sic quidcunque quotiescunque occurrerit, poterit diffinire sub certa pena non servatarum declarationum, interpretationum, amputationum tunc temporis per ipsum posita et expressa, census autem domorum et arearum predictarum ad nostrum capitulum percipiendus de cetero pertinebit. In testimonium omnium premissorum presens dedimus Instrumentum, sigillorum nostrorum, videlicet nostri Capituli, et Capituli S. Joannis munimine roboratum. Actum Ratispone in pleno Capitulo nostro, presentibus dno preposito, decano, atque fratribus aliisque confratribus de Capitulo Ecclie S. Joannis, anno Dni 1325. VIII. Idus Julii.

Num. DCCCXXXIV. 1325. 5. Octobris. Ex Originali.

Regis Ludovici privilegium, quo clerum Decanatus Vilshof. seu Schwandorfensis liberat ab exactionibus pro anniversario Antecessoribus suis peragendo.

Wir Ludewich von Gotes genaden Römischer Chünich, ze allen Zeiten Merer des Riches verjehen offenlich an diesem brief, daz wir durch Got und ze Merung unsers Hails aller Pfafheit, di in die Techaney ze Vilshofen (hodie Schwandorf) gehört und darinne gesezzen ist, oder hernach darinne gesezzen wirt, die besunder genad und Freiheit getan und geben haben, und auch tun und geben, daz dhain unser Amptman, Vitztum, Richter, Vogt, Scherig, oder ander, swi er genannt ist, sich dhaines Pfaffenguts underwinden sol nach seinem Tode, und damit nichts ze schaffen sol haben mit dhainerlai sache, sundern ez sol dez Pfaffen, der stirbet in der vorgenannten Techaney, Gut, es sei an urbarn Chörn, Pfärden, Rindern, Pfenning, oder an swelherlai Gut daz ist, varend oder unvarrend, allez gevallen und werden, swem er ez schaffet bei seinem Leben, ez sei den Gotzhäusern, seinen Freunden oder anders Jemant, und schuln auch di vorgenannten unser Amptleut den oder die, den ez von den Pfaffen also geschaffet oder gegeben wirt, nicht daran irren oder beswären in dhainer Weis. Auch haben wir in die Genad getan, daz dhain Pfaffe in der vorgenannten Techaney dhainem unsers Hof-

gesindes, noch unsers Vitztums, noch eines andern unsers Amptmannes, swi der genannt ist, Gesind oder Dienern Winter — oder Sumergewant gebe, und schulen wir oder unser Amptleut dazselb Gewant an si fürbaz nicht vodern, noch ir dhainen darzu zwingen oder benöten. Und umb diese gegenwürtige Genad und Freiheit habent si uns gehaizzen und gelobt mit iren briefen, daz si jarlich an unsers Vaters Herzog Ludweigs (dem Got genad,) Iartag, daz ist an sant Blasii, alle auz derselben Techaney zesammen chumen sullen in unser Stat ze Ambereh, und sulln alle mit einander durch des vorgenannten unsers Vaters und aller unser Vordern Seel willen dezselben Abents ein gemain Vigilie singen in der Chirichen ze Amberch, und dez nähsten Morgens darnach ein Selmezze daselb singen, und jeder Priester, der da ist ze derselben Stund, sol ein Selmezze sprechen, und uns daz vorgenannt Selgerät ewiclich laisten und gäntzlich volfüren. Auch gepieten wir all unsern egenannten Amptleuten, daz si in die Freiheit ewiclich behalten und si in an nichten übervarn, als lieb in unser Huld sei. Darüber ze Urchunde geben wir in diesen brief versigelten mit unserm Insigel, der geben ist ze Amberch dez nähsten Samtztags nach sand Michaels Tag, da man zalt von Cristes gepurt 1325 Iar, in dem eilften Iar unsers Riches.

Sigillum majestat. adpendet.

* *Hoc Privilegium confirmatum fuit ab Electore Ruperto* 1383. *et ab Electore Philippo* 1477.

** *Hmoi Privilegia concessa fuerunt Decanatibus Chamensi, Geisenfeldensi, Pfoerringensi ac Pilstingano. Confer. Oefel. II.* 149.

Num. DCCCXXXV. 1325. 27. Oct. Ex Originali.

Appropriatio Vinearum in dominio Werd sitarum facta Werntoni pincernae et praeposito Ecclesiae Ratisbonensis.

Nos Nycolaus dei gra Ecclie Ratispon. Epus, presentibus profitemur et constare cupimus universis, quod cum dilectus confrater noster dnus Wernto pincerna prepositus Ecclie nre duas vineas sitas in Wysent, quibus adjacet vinea dni Chunradi de Swarzenburch ab una parte, ab alia vero parte vinea dni Syfridi Veslarii Canonicorum dicte Ratispon. Ecclie, et unam vineam dictam Rigel sitam in Werdea in loco, qui dicitur an der Portt, cui ab una parte adjacet vi-

nea Stainbergarii, ab alia vero parte vinea nra dicta Portt, quas vineas quondam Perchtoldus Wysentarius a nobis et Ecclia nra jure tenuit feodali, a discreto viro Ditrico dicto Umbruaer Cive Ratispon. qui eas etiam jure feodali a nobis et Ecclia nostra possederat, comparasset, et eas a nobis et Ecclia nra in feodum recepisset, nobis supplicavit, ut easdem vineas sibi appropriare et jure proprietatis in ipsum transferre dignaremur, presertim cum dictas vineas ad pios usus intenderet erogare. Attendentes vero et considerantes predicti dni Wirntonis grata et fidelia servitia, que nobis et Ecclie nre exhibuit et exhibere poterit in futurum, ejusque devotis precibus inclinati, de consensu et voluntate vener. Capituli nri easdem vineas eidem appropriavimus et appropriamus, ac titulo proprietatis in ipsum transtulimus et transferimus presentium testimonio litterarum Sigillis, nro videlicet et dicti Capituli nri appensione signatarum. Datum Ratispone anno dni 1325. in vigilia beatorum Symonis et Jude apostolorum.

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. DCCCXXXVI. 1325. 13. Dec.. Ex Originali.

Reversales praesentati Parochi in Eglofsheim.

Ego Diepoldus dictus Sweiber, verus pastor Ecclesie parochialis in Eglolfsheim recognosco et profiteor publice per presentes, quod quia Reverendus pater et dnus meus, dnus Nycolaus Ratisponen. Epus michi de predicta Ecclesia in Eglolfsheim providere curavit liberaliter propter deum, ego sibi promisi fide prestita corporali, quod infra annum continuum a dato presentium, prout jura statuerunt, me faciam in presbyterum ordinari sine qualibet captione, alioquin ipsa Ecclesia Eglolfsheim per sententiam dicti dni mei Epi, quam ex nunc, prout ex tunc presente me tulit, et in me sponte suscepi, tam de jure, quam de facto penitus sum privatus, ita, quod nullum deinceps michi jus competit in eadem, et cui voluerit libere providere, poterit de eadem. In cujus rei testimonium presentem litteram Sigillo meo sigillatam sibi dedi anno dni 1325. in die beate Lucie Virginis.

Sigillum laesum adpendet.

Num. DCCCXXXVII. 1325. 19. Dec. Ex Diplomatario.

Bischof Niklas ertheilt den Juden in Ober- und Niederbaiern die Freiheit, ihre Todten zollfrei zum hiesigen Freithof zu bringen.

Wir Nycla von Gotes genaden Pischof ze Regenspurg verjehen, daz wir mit Rat und Willen unsers ersamen Capitels zu Regenspurg allen Juden in obern und nidern Bayern di gnad getan haben durch Pet und Vreuntschaft der hochgepornen Fürsten Herrn Ott, und Herrn Heinrichs der hertzogen ze Bayern, daz si alle di toten Juden, si seyn von Obernbayern oder von Nidernbayern zu irm Freythof ze Regenspurg auf dem Wazzer und auf dem Lande ab oder auf vrey und ledich ewichlich on allen Zoll, der uns davon gevallen sollt oder möcht, gefüren mügen. Darüber gepieten wir allen unsern Zollnärn, di jetzu sint oder hernach werdent, vesticlich pei unsern hulden, daz si fürbaz dhainen Zoll, noch dhain Voderung um die Sach an si haben, und si daran mit nichten irren oder engen. Und darüber ze einem Urchund geben wir in disen brief mit unserm und unsers Capitels Insiegeln versigelt. Der ist geben ze Stauff dez Pfinztags vor Thoma anno Domini 1325.

Num. DCCCXXXVIII. 1326. 1. Febr. Ex Originali.

Ordinatio Capituli cathedr. Ecclesiae Ratisbon. ab Epo Nicolao adprobata circa pensionem annuam a perpetuis Vicariis Eccliarum paroch. Capitulo rite solvendam.

Nos Wernto prepositus, Ulricus decanus, totumque Capitulum Ecclie Ratisponen. omnibus in perpetuum. Cum Capitulum nrum quasdam habeat parochiales Ecclesias ex largitione venerab. Patrum et Dnorum nrorum Eporum Ratispon. Ecclie, nec non aliorum terre Principum, quibus pacem et quietem optamus in dno, prebende nre unitas et pleno jure traditas in subsistentiam et augmentum redditum prebende nre, que per perpetuos Vicarios per dictum Capitulum eligendos, ac Revdo in Xpo patri et dno Epo Ratisponen. qui pro tempore fuerit, presentandos reguntur et etiam gubernantur, exsolventes nobis de fructibus et proventibus earundem Eccliarum annuum censum seu annuam pensionem, quorum perpetuorum Vicariorum aliqui non solutá pensione decesserunt, alii vero sic res ipsorum effuderunt, quod vergentes ad inopiam nobis censum debitum solvere nequiverunt, propter quod dampna jam dudum et detrimenta

prebendarum nrarum sustinuimus, et in futurum possemus sustinere, volentes futuris precavere periculis, cum preteritorum casus ad futura nos providos reddere debeant atque cautos, ne de cetero talia dampna possimus incurrere et detrimenta sustinere, hoc perpetuo statuto inviolabiliter observando de consensu et auctoritate Reverendi in Xpo patris et dni, dni Nycolai vener. Epi Ratisponen. statuimus et etiam ordinamus, ut, quando Eccliam ad Presentationem nri Capituli, sicut sunt Chamb et Salaer, et consimiles, que censum sive bladum solvere tenentur Capitulo nro annuatim, vacare contingit sive per mortem seu renuntiationem, aut viam permutationis, clericus ille, qui pro vicario ejusdem Ecclie se recipi petierit aut assumi, ad nrum debet venire Capitulum certo die per nos sibi prefixo, ducens duos vel tres fidejussores certos et in rebus bene habentes, qui promittant secum et pro eo in solidum, et ut principales debitores solvere debitam pensionem et consuetam in suis terminis, prout in quaterno seu registro Capituli annotatur, quolibet anno, non obstantibus grandine, sterilitate, incendio, rapina, gwerra, steura, vel quocunque alio casu sive defectu hic expresso vel non expresso, sed precise in omnem eventum. Et si hoc in parte, vel in toto foret pretermissum vel neglectum per eum vel fidejussores, ex nunc privatus sit ipso facto et ipso jure omni commodo aut jure in dicta Ecclia sibi acquisito, ita, quod non oporteat ipsum moneri, nec per sententiam privari, sed statim ad receptionem alterius Clerici procedere nos possimus, et ad illam penam se obliget spontanee et sit obligatus, et quandocunque quotienscunque continget unum de fidejussoribus suis non esse, vel ad tantam inopiam devenire, quod ammodo esset communi opinione non solvendo, tunc monitione premissa infra quindenam a die monitionis facte, debet alium fidejussorem eque bonum substituere in Capitulo, vel coram eo, vel eis, quibus in hac parte Capitulum vices commiserit ea vice, sub pena seu penis superius annotatis, nec per hoc eandem penam seu penas supradictas evadat, si partem solverit, nisi totum in quolibet termino solvere ipsum contingat.

Nos etiam Nycolaus dei gra Ecclie Ratisponen. Epus propter magnam utilitatem et urgentem necessitatem nri Capituli, et ut caveamus indempnitati ipsorum confratrum nrorum, hiis omnibus prescriptis cum penis adjectis consentimus, ipsasque penas ratas habemus et etiam confirmamus; et ut ordinarius Judex exnunc, prout extunc sententias pretactas proferimus in hiis scriptis et etiam ap-

probamus, statuimus insuper, quod ille, quicunque per nros confratres predictos ad perpetuum vicarium recipiatur ad aliquam Eccliam nro Capitulo attinentem, assignet litteram suo Sigillo et fidejussorum suorum Sigillis signatam Capitulo nro jam dicto, in qua obliget se ad omnes penas in Statuto ipsius Capituli nri contentas, quo facto, sicut est moris, per decanum nrum aut Seniorem nobis vel vicario nro, qui pro tempore fuerit, presentetur. In cujus facti testimonium atque robur presentes Litteras scribi fecimus Sigillorum, videlicet Reverendi in Xpo patris et dni, dni Nycolai vener. Ecclie Ratispon. Epi, ac nri Capituli munimine roboratas. Dat. et actum Ratispone anno dni 1326. in Vigilia Purificationis Virginis gloriose.

Duo Sigilla illaesa adpendent.

Num. DCCCXXXIX. 1326. 17. Maii. Ex Diplomatario.

Episcopus Nicolaus donat Capitulo S. Joannis Parochiam Wallersdorf cum annuo censu 10 librarum.

Nos Nycolaus dei gra Epus Ecclesie Ratispon. notum facimus per presentes, quod cum Capitulum sancti Johannis Ratispon. contiguum fabrice nostre quasdam areas in vicu dominorum Canonicorum kathedralis Ecclesie sitas haberet, annuum censum ad eorum prebendas exsolventes, quas fabrica nostre kathedralis Ecclesie ad sui perfectionem habebat necessarias, et sine quibus non poterat consummari, dictasque areas dilecti confratres nostri, Capitulum Ratisponense, pro certa Summa reddituum, videlicet 11 tt. denar. Ratispon. annis singulis persolvenda comparassent, prout instrumentum super hoc confectum plenius continet: ad instantem petitionem prefati Capituli nostri, et quia ex debito nostri Officii tenemur fabricam promovere, pro solvenda dicta Summa annuatim ipsi Capitulo sancti Johannis de consensu et beneplacito prefati Capituli nostri dedimus et damus, donavimus et donamus, tradidimus et tradimus Ecclesiam parochialem in Walhenstorf cum suis pertinentiis et redditibus universis post mortem dilecti nobis dni Haertuuici veri Pastoris ibidem tenendam et possidendam perpetuo pleno jure, ita, quod eodem dno Haertuuico mortuo Capitulum sancti Johannis antedictum nobis perpetuum Vicarium per nos ad eandem Ecclesiam instituendum teneatur presentare, qui annis singulis eisdem in omnem eventum in recompensationem census predictarum arearum 10. libras

denar. Ratispon. de fructibus et obventionibus ac utilitatibus universis persolvere tenebitur, contradictione qualibet non obstante, eruntque predicti Confratres nostri, Capitulum, de solutione 10 tt. vacante dicto Capitulo sancti Johannis eadem Ecclesia per mortem ipsius dni Haertuuici ex ipsa nostra donatione liberati, nec ad solutionem dictarum 10 tt. de cetero tenebuntur. In cujus rei testimonium presentes dedimus Sigillorum, videlicet nostri ac Capituli nostri predicti munimine roboratas. Datum Ratispone anno Domini 1326. Sabbato ante octavas Pentecostes.

Num. DCCCXL. 1326. 8. Jul. Ex Originali.

Decretum Nicolai Epi Ratisbon. pro Clericis in Monasterio inferiori servientibus.

Concordat verbotenus cum Decreto Epi Henrici dato clericis monasterii Superioris anno 1286. die 29 Nov. Vid. supra Num. DCL. ac ad finem Offemia abba et Conventus Sanctimonialium inferioris Monasterii easdem exhibent reversales, uti in isto abba Rihza cum suo Conventu Monasterii superioris.

Duo Sigilla Epi et abbae Offemiae adpendent, tertio Conventus avulso.

Num. DCCCXLI. 1326. 20. Julii. Ex Originali.

Verkaufsbrief über die Vischwaid bey Rötz an den Domherrn Konrad von Schwarzenburg.

Ich Reimbot von Swarzenburch vergich, daz ich minem liben Herren und Bruder hrn Chunrad von Swarzenburch Chorherrn ze Regenspurch chäuflich ze chauffen geben han diu Vischwaid ze Rehtz mit allen und jeglichen Nutzen, Rehten und Gewonhaitz, als ich si alle, min Bruder und min Erben bizher praht habent, und mit allem dem, waz darzu gehört, besuht und unbesuht, wi ez genannt ist, umb 32 tt. dl. und verzeich auch mich und all min Erben der vorgenannten Vischwaid uf minem vorgenannten hrn und Bruder also, daz ich, noch chain min Erbe fürbaz chain Ansprach darauf niht mer haben schulen, noch mügen, on allez Gever. Ich schol auch im diselbe Vischwaid vertreten vor geistlichen, und werltlichen Rehten, oder swo er darumb angesprochen wirt, alz Aigens Reht ist, zehn Jar, und han im darumb zu mir ze Pürgen gesetzet minen liben Oeheim hrn Hainrich den Paulstorfer von Rüden, und minen

Bruder Chunrat von Swarzenburch; ob ich dez niht entät, daz oben geschriben ist, swelchen schaden er dez näm an gaistlichen oder wertlichen Rehten, den schullen wir im abtun gar nnd gänzlich. Ich vergich auch und min vorgenannt Pürgen, swem er den prieff einantwurtt oder gibt, daz ich und min Pürgen dem oder den allez volfüren schulen, daz vorgeschriben stet, alz im selber, on allez geverde. Darüber ze Urchund gib ich disen prief versigelt mit minem Insigel, und mit minez vorgenannten Pürgen Insigel, der geben ist, do man zalt von Christes Gepurtt 1326 Jar, an dem Sunntag vor sant Mari Magdalena.

Tria Sigilla adpendent.

Num. DCCCXLII. 1326. 3. Dec. Ex Originali.

Revers Sighards von Eglofsheim über die ihm verliehene Burghut zu Eglofsheim.

Ich Sighart von Eglolfsheim vergich offenbar an disem brief, und tun chunt allen den, di in sehent oder hörent lesen, wann mir mein gnädiger Herre Pischof Nycla von Regenspurch di Purch und di Pfleg ze alten Eglolfsheim gütleich und willichleich auf mein Treue und auf mein Ere enpfolhen hat, daz ich im gelobt han pei meinen Treuen und zu den Heiligen gesworn, daz ich diselb Purch und Pfleg mit guten Treuen und mit ganzen Vleizze innehaben und versprechen will, und sol im di wider antwurten, swelhe stund er si selb oder mit seinen offen briefen und mit gewizzen boten wider vodert, und sol di dhain stund darnach lenger inne behalten umb dhainerlai Sach oder Ansprach, di ich hintz im oder hintz seinem Gotshaus gehaben möcht. Man sol mir auch di gewönliche Purchut geben, die von Alter herchomen ist, und der sol mich genügen. Geschäh auch, daz ich Chost tät in der vorgeschriben Pischofs oder des Gotshaus Dienst, swaz mich darumb sein Rat haizzet nennen oder lazzen, dez sol ich volgen, und sol darumb dem Pischof, noch dem Gotshaus fürbaz dheinen schaden werben mit plantung oder mit andern sachen. Ich sol auch von derselben purch dheinen Chrieg anvahen, noch halten on Gevärd, der den Bischof und daz Gotshaus nicht angé, davon im schad oder geprest aufgestén möcht. Ez sullen auch mein aigen Läut nicht cheren mit Heyrat ze des Gotshaus Läuten on dez Pischofs wizzen und Urlaub; geschäh ez darüber, so sint mein Läut, di hinüber gechert sint, fürbaz dem Gotshaus gevallen mit Aigenschaft mit allen iren Chinden, und darüber ze einem

Urchund gib ich im disen brief versigelt mit meinem Insigel, der ist geben ze Stauff, do man zalt von Christes Gepurt 1326. Jar, am Mitichen nach sand Andreastag.

Sigillum adpendet.

* *Eben diesen Revers stellte früher der Schenk Ulrich von Reicheneck dd. Regensburg 1318. den 15 Februar über die vom Bischofe Niklas erhaltene Pfleg und Burg zu Aeuting aus, und siegelte selben mit seinem Insiegel.*

Num. DCCCXLIII. 1326. 27. Dec. Ex Originali.

Verschreibung Konrads von Ernvels an Bischof Niklas.

Ich Chunrat von Erenvels vergich offenleich an disem brief, daz ich minem gnädigen Herren Pischof Nyclan von Regenspurch gelobt und gesworen han, getreulich ze dienen wider allermännchleich inner lants mit 6. Mannen wol vertigen mit Helm und mit aller Vertigung, und mit miner Vest ze Erenvels ze wartten, diweil ez im fügt, on (ausgenommen) allain wider meinen hrn, hrn Ludweigen den Römischen Chünich; ich sol auch dem Chünich wider in nicht dienen, und darumb sol er mir geben järleich auf sant Jörgen tag 20 tt. R. dl. und swann ich der nicht verricht würd', so mag ich nach derselben Frist sein Läut darumb pfenden zu seinen Vesten, und di pfant umb diselben pfenning wider auzgeben, und sol er, noch dhein sein pfleger mir daz nicht für übel haben. Geschäh auch, ob er mein bedürft mit mer Dienern, und ob ich in seinem Dienst auf dem Velde schaden näm, swaz mich darumb haizzent nemen und lazzen mein Veter Heinrich von Ernvels, und hr Heinrich der Paulstorfer von Rüden, dez sol mich genügen; und dez ze einem Urchund gib ich im disen brief versigelt mit minem Insigel, der ist geben ze Regenspurch, da von Christes Gepurt waren 1326 Jar, dez Mitichen vor sant Thomastag.

Sigillum adpendet.

*) *1332. 27 Martii stellt Heinrich von Ernvels eine ähnliche Verschreibung aus, und gelobt, gegen 70 tt. R. dl. dem Bischofe Nyclas treulich zu dienen von Ostern, die nächst kommt, über ein ganzes Jar mit 6 Helmen und mit 4. Schützen, mit Panzern wohl gerüstet.*

Num. DCCCXLIV. 1326. Ex Originali.

Effeudatio seu appropriatio decimae in Kruckenberg.

Nos Nycolaus dei gra Ecclie Ratispon. Epus presentibus profitemur et constare volumus universis, quod cum dilectus Confrater noster dnus Eberhardus de Capella Canonicus Ratispon. Ecclie quandam decimam sitam in Chrukchenperg ex paterna Successione a nobis et Ecclia nra jure tenuit feodali, et eam a nobis et Ecclia nra in feodum recepisset, nobis supplicavit, ut eandem decimam appropriare et jure proprietatis in ipsum transferre dignaremur, presertim cum dictam decimam ad pios usus intenderet erogare. Attendentes et considerantes predicti dni Eberhardi grata et fidelia servitia, que nobis et Ecclie nre exhibuit et exhibere poterit in futurum, ejusque devotis precibus inclinati, de consensu et voluntate venerabilis nri Capituli eandem decimam eidem appropriavimus et appropriamus, ac titulo proprietatis in ipsum transtulimus et transferimus presentium testimonio litterarum Sigillis, videlicet nro et dicti Capituli nri appensione signatarum. Datum et actum Ratispone anno dni 1326.

Duo Sigilla adpendent.

Num. DCCCXLV. 1327. 10. April. Ex Diplomatario.

Epi Nicolai decretum contra duos Judaeos, qui clericum sunt persecuti.

Wir Nycla von Gotes genaden Pischof ze Regenspurg enbieten der Gemein der Juden ze Regenspurch unser huld. Wir tun eu ze wizzen, und chlagen eu, daz Isserl der Jud und sein Bruder einen Pfaffen *) gejaht habent untz in der Chorherrn Vreiheit, und wolten den erstochen haben. Nu haben wir etwavil darzu mit dem rechten getan, dez trachten si nicht: darumb gepieten wir eu, daz ir mit demselben Isserlein und seinem Bruder schaffet und si underweiset, daz si di Sache abrichten, als daz pillich ist, biz auf den achten Tag nach dem Ostertag; und wizzet, tätet ir dez nicht, daz wir wellen, so sullen alle di gnad, di ir von uns habt, absein. Und darüber ze einem Urchund geben wir diesen Brief versigelt mit unserm Insigel. Der Brief ist geben ze Stauff anno Domini 1327. IV. Idus Aprilis.

*) *Er hiess Chunrad, und war aus dem Konstanzer Bisthum.*

Feria VI. ante Dominicam Palmarum dd. Stauff prohibet Epus Nicolaus Ratisbonensibus omne commercium cum praefatis duobus Judaeis propter ipsorum contumaciam. „Inhibemus, ne aliquis praedictis Judaeis quidquam vendat, aut emat aliquid ab eisdem, neque ipsis de suis debitoribus justitiam reddat, bladum molat, panem coquat, ad balnea recipiat, aut alia obsequia exhibere praesumat sub poena excommunicationis; et vobis (Parochis) praecipimus sub poena Suspensionis ab ingressu Ecclesiae, quatenus hunc nostrum Processum publicetis in ambone coram populo singulis diebus dominicis et festivis."

Num. DCCCXLVI. 1327. 22. April. Ex Originali.

Absolutio Nicolai Epi Rat. a censuris, in quas ob denegatum subsidium charitativum a Papa Archiepo Friderico Salisburg. concessum incurrit.

Universis presentes litteras inspecturis, Leupoldus divina permissione prepositus Hegelwerden. salutem in dno sempiternam. Universitati vestre tenore presentium innotescat, quod nos Reverendum patrem, dnum Nicolaum Epum Ratispon. ab interdicti ingressus Ecclesie, et suspensionis ab officio, nec non Excommunicationis sententiis, quas incurrit ex eo, quod monitionibus et mandatis Reverendi patris et dni Duriti Epi Lavent. executoris super gratia facta Reverendo in Xpo patri et dno nro dno Friderico Archiepiscopo Salzburgen. Aplce sedis legato pro subsidio moderato petendo et recipiendo a personis Eccleis exemptis et non exemptis provincie Salzburgen. cum aliis suis Collegis specialiter deputati, imo verius aplcis factis sibi super eo, quod pecunie quantitatem, quam idem dnus noster Archiepus Salzburgen. petendam duxit pro prefato moderato subsidio a personis Ecclcis exemptis et non exemptis Civitatis et diocesis Ratisponen. debebat infra certum terminum eisdem personis imponere et pro rata proventuum Ecclesiasticorum cuilibet dividere et distribuere inter ipsas, prefatus dnus Epus Ratisponen. non paruit cum effectu, in persona discreti viri Heinrici plebani in Ottentühel procuratoris ipsius absolutionem a premissis sententiis humiliter postulantis auctoritate aplca et executoris prefati, qui nobis in hac parte commisit per suas litteras specialiter vices suas, absolvimus pro eo, quod idem procurator suus ad hoc specialiter constitutus, in animam ipsius dni sui de parendo et stando mandatis Ecclie corporale prestitit juramentum. Mandata vero hmoi injungenda eidem dno Epo Ratisponen. nobis vel dno executori prefato specialiter reservamus: mandavimus etiam discreto viro Chunrado de Schennano infra scripto No-

tario publico, ut super premissis absolutione, juramenti prestatione, et mandatorum reservatione conficiat publicum instrumentum. Acta sunt hec presentibus honorabilibus et discretis viris dno Karolo Salzburg. et Magistro Friderico de Patavia doctore decretorum Frising. necnon predicto dno Chunrado de Schennano Brixin. et Trident. Ecclesiarum Canonicis. In quorum omnium testimonium presentes scribi fecimus litteras, et Sigilli nostri appensione muniri. Datum Salzburge X. Kal. Maii, anno dni 1327.

Sigillum Praepositi adpendet.

Num. DCCCXLVII. 1327. 1. Maii. Ex Originali.

Chunradi Panholtz plebani in Brichsen reversales de studio adhibendo pro pace servanda in pflega Utter.

Ego Chunradus Panholtz plebanus in Brichsen notum facio universis, quod promisi fide mea, corporali interposito juramento, quod hominibus Reverendi patris et dni mei, dni Nycolai Ecclie Ratispon. Epi constitutis per pflegam in Utter nullas lites faciam seu movebo; quod si fieret, quod absit, easdem ad mandatum ejusdem dni Epi statim remittam et integraliter revocabo, ita, quod infra quindenam post monitionem penitus sint sedate, alioquin ex tunc Curiam memorati dni mei Epi personaliter intrabo, nullatenus inde recessurus, donec emendam ad ejus arbitrium exhibeam competentem. In cujus rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum. Datum in Stauff anno dni 1327. in die beatorum Philippi et Jacobi aplorum.

Sigillum plebani adpendet.

Num. DCCCXLVIII. 1327. 8. Jul. Ex Originali.

Vertrag und Vereinigung der Herzoge in Niederbaiern mit dem Bischofe in Regensburg.

Wir Heinrich (Senior), Ott und Heinrich von Gotes genaden pfallentzgrafen ze Reyn und Herzogen in Bayern verjehen offenbar an dem brief, daz wir durch ganz lieb und Freuntschaft, die wir haben wollen und sulen mit dem erbergen Hrn Hrn Nyclas Bischof ze Regenspurch, übereinchomen sein, daz wir umb alle sache

Confirmatio immunitatum a theloneo facta a Duce Bav. Epo Ratisbonensi.

Wir Johannes von Gottes genaden Pfaltzgraf bei Rein, Hertzog in Bayrn, Graf von Hennegau, Holland und Seeland etc. bekennen für uns, unser erben und nachkhommen offenlich mit dem brief. Wann der Hochwürdig in Gott Vater, Herr Johanns Bischof zu Regenspurg an uns pracht hat sein und seines Gotshaus nothturft von sein Wein und Getraids wegen, so ihm auf seines Gotshaus Grund und aigen Güttern in Oesterreich wachst und wirdet, wie das in unser Mauthner an unser Mauthstetten in unsern landen in Bayrn damit aufhalten und Mauthe davon meinen zu haben. Als in aber unsere Vordern sälige allzeit gefürdert, und Gottes lob und dienst gemeret haben, so wollen wir auch, das das bei uns nit geminnert werde, und darumb, das die erwürdige Stüft Gottes lob und dienst dester bas volbringen und halten mügen, und desto minner abgangs gewinnen, so haben wir mit verdachtem gutem Willen dem obgenannten Bischof und seinen erwürdigen Stüft, der St. Peterskirche zu Regenspurg und allen seinen Nachkommen die genade und freiheit gegeben, und geben auch die mit kraft des briefs, das sie all ir Wein und getraid, so in auf irem grund und aigen Güttern in dem lande zu Oesterreich wächst und wird, durch unser lande zu Bayrn an der Tonau herauf bis gein Regenspurg mauthfrey und zollfrey on alle irrung führen und bringen mügen. Und darumb so gepietten wir unsern Vicedomen und unsern Mauthnern an der Tonau in unsern landen in Bayrn, wer die seyn, das Ir den obgenannten Bischofen, und sein erwürdig Stüft und Gotshaus bey solch genaden und freiheiten halten und schützen wöllet, und Niemand gestatten, sie daran zu irren oder zu beschweren in khain Weis bey unsern hulden und genaden, mit urkundt diefs briefs, den wir dem obgenannten Bischofe und seinen Nachkommen geben,

besigelt mit unserm anhangenten Insigl für uns, unser erben und nachkommen. Das ist geschehen in dem Hage auf Mittwochen nach dem Sonntag Cantate, als man zält 1424 Jar nach Christi Gepurt.

Sigillum Ducis adpendet.

Num. MXXXVII. 1424. 27. Octobris.

Joannes Epus Ratisbonensis confirmat quatuor missas a Ducibus Bavariae Friderico, Stephano et Joanne in Parthenone Seligenthal fundatas de Steura Civium Landishutanorum. Jus Patronatus permaneat apud Duces Bavariae. Datum Ratisponae anno Domini 1424. die vero 27. mensis Octobris.

Mon. Boic. XV. 493.

Num. MXXXVIII. 1425. 25. Junii. Ex Originali.

Martinus Papa V. Monasterio superiori Ratispon. confirmat unionem, annexionem et incorporationem Parochiae Tegernheim vacantis per liberam resignationem Joannis Streitberger Canonici Ecclesiae Ratispon. in Epum ejusdem Ecclesiae canonice electi ac apostolica auctoritate confirmati, olim factas per summum Pontificem Joannem XXIII. suum Praedecessorem immediatum, supplens omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, eamque de novo incorporat, annectit et unit, ita, quod liceat Abbatissae et Conventui, possessionem ipsius Ecclesiae parochialis sic vacantis, illiusque fructus, redditus et proventus (reservata tamen pro Vicario congrua portione) in suos et ipsius Monasterii usus perpetuo convertere ac etiam retinere, Diocesani loci, et alterius cujuscunque super hoc licentia minime requisita. „Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis, communitionis, suppletionis, incorporationis, annexionis, unionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem VII. Kalend. Julii 1425. Pontificatus nostri anno quinto."

Plumbum: Martinus PP. V.

Num. MXXXIX. 1426. 31. Octobris. Ex Originali.

Joannes Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam a matrona Kunegunde, quondam Stephani Hausmettinger p. m. relicta, nunc vero providi viri Georgii Odenreuter oppidani in Straubing uxore in Capella B. M. V. in Hayndling fundatam, *) per residentem Sacerdotem quotidie legendam, cujus jus praesentationis abbati San-Emmeramensi ab Epo reservatur. Annotantur simul bona, proventus et census ad dictam missam spectantes. Datum Ratisponae die ultima mensis Octobris, anno dni 1426.

Sigillum Epi Joannis illaesum adpendet.

*) Dicitur Fruh - oder Andreas - Messe. Ibidem extant duae fundationes antiquiores: a.) jam anno 1337. Conradus Epus Ratispon. missam a Chunrado Frumoldo cive Ratispon. ad Eccliam in Hayndling infra limites Parochiae Hainspach fundatam ob frequentiam virtutum et beneficiorum, quae ibidem Salvator noster meritis suae venerandae genitricis fidelibus suis longe lateque confluentibus non desinit exhibere, confirmat: ad quam missam fundator duas deputavit Curias, in Hayndling unam, alteram in Penning. Confirmationi huic consensum praestiterunt Canonici majoris Eccliae, Ulricus Metenpeck plebanus in Hainspach. Demum Epus abbatem monasterii sancti Emmerami ceu Patronum Eccliae provocat, ut semper ipsi Sacerdotem honestum pro hac missa praesentet. Litterae hae confirmatoriae signatae sunt Sigillis Epi Conradi, Capituli sui cathedralis, Alberti abbatis sancti Emmerami, plebani in Hainspach, et Frumoldi fundatoris, ac datae in castro Werd IV. Id. Martii anno dni 1337. b.) anno 1352. Fridericus Epus Ratispon. confirmat alteram missam in honorem B. V. M. et S. Barbarae martyris fundatam in Capella Hayndlingensi per Albertum Viceplebanum in Atting, Heinricum dictum Wymer in Hainspach, Diepoldum et Gotfridum fratres, qui nuncupantur Frumoldi, cives Ratispon. pro secundo sacerdote sustentando, qui ab abbate sci Emmerami ceu patrono Eccliae parochialis in Hainspach praesentetur. Consensum praebuerunt huic Confirmationi Capitulum maj. Eccliae Ratispon. et Chunradus Choelnpech plebanus in Hainspach; Sigilla praeter Epum et suum Capitulum adposuerunt Albertus abbas ad S. Emmeramum, plebanus in Hainspach, plebanus in Atting, Heinricus Wymer et duo Frumoldi fratres. Datum anno domini 1352. feria II. post Dominicam Quasimodogeniti.

Num. MXL. 1427. 23. Sept. Ex Originali.

Die Aebtissin Osanna, und der Convent in Niedermünster verkaufen dem erbern weisen Heinrich dem Sintzenhofer Bürger zu Regensburg aus ihren Einkünften 4 tt. R. dl. jährlich und ewigen Geldes, welche er zu einer ewigen täglichen Messe im Gotteshause Niedermünster auf unser lieben Frauen - Altar in dem Chor vermacht hat, um ein so gethan Geld, welches zum Nutzen des Gotteshauses angelegt wurde, und reversiren sich, diese 4 tt. dem Kaplan der Messe nebst der Präsenz jährlich zu den vier Quatembern richtig zahlen zu wollen. Datum am Erchtag nach St. Haimerans Tag des heil. Bischofes im Jahre 1427.

Duo Sigilla abbatissae ac conventus illaesa adpendent.

Num. MXLI. 1427. 2. Dec. Ex Originali.

Cardinalis Henrici concessio, vi cujus castrum Hohenburg ex redditibus Parochiae Allersburg restaurari possit.

Henricus miseratione divina tit. sancti Eusebii sacrosancte Romane Ecclesie pbr Cardinalis, de Anglia vulgariter nuncupatus, per universam Germaniam ac Ungarie et Bohemie regna Apostolice Sedis Legatus, dilecto nobis in Christo abbati Monasterii Scotorum Ratisponen. salutem et sinceram in Domino caritatem. Personam Reverendi in Christo Patris domini Johannis Epi Ratisponensis apostolice Sedi pariterque nobis devotam suis exigentibus meritis fraterna benevolentia prosequentes, illa sibi libenter concedimus, que suis et Ecclesie sue Ratisponen. commoditatibus fore conspicimus oportuna. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ejusdem Epi petitio continebat, quod Ecclesia predicta Predecessorum suorum Episcoporum Ratisponen. qui fuerunt pro tempore, negligentia causante in tantum temporalibus existit destituta, depauperata, et etiam debitis onerata, quod Epus ipse, qui etiam ultra mille florenos dilecto nobis in Christo nobili viro Joanni Duci Bavarie illustri in subsidium contra perfidos hereticos Hussitas in regno Bohemie et partibus illi conterminis sevientes assignavit et persolvit ex modernis dicte Ecclesie fructibus, qui debitis et consuetis illius supportatis oneribus ad duo millia ducatorum auri vel parum ultra communi existimatione vix ascendunt annuatim, Castrum dicte Ecclesie Hohenburg vulgariter nuncupatum, quod ab ista parte danubii in terra Norica versus dictos hereticos situm et ipsi Ecclesie pro suorum jurium conservatione ac sub-

ditorum defensione, et maxime hiis diebus contra eosdem hereticos utile et necessarium plurimumque ruinosum fore, et non modica reparatione indigere dinoscitur, non potest decenter reparare vel etiam juxta nudam necessitatis exigentiam restaurare, et sicut eadem petitio subjungebat, dilectus nobis in Christo Andreas Rector parochialis Ecclesie in Allerspurg dicte Dioc. eandem parochialem Ecclesiam, quam obtinet, et que vix ad octavam partem milliaris allemanici a Castro distat eodem, ex certis causis legitimis libere resignare sit paratus, dummodo sibi prefatus Epus de alio beneficio Ecclco sine cura duxerit providendum, ipsaque parochialis Ecclesia eidem Epo ad finem, quod Castrum predictum de ipsius Ecclesie fructibus, redditibus et proventibus, quos debitis illius supportatis oneribus superesse contigerit, reparari et restaurari valeat, concedatur in commendam. Nos igitur, qui a sanctissimo in Christo patre et domino nostro, domino Martino Papa V. ad universam Germaniam ac Ungarie et Bohemie regna commisso nobis in illis plene legationis officio Legatus de latere noscimur destinati, suadentibus premissis prefati Epi in hac parte supplicationibus favorabiliter annuentes, sibique pro reparatione et restauratione dicti Castri de alicujus subventionis auxilio providere volentes, discretioni tue auctoritate Legationis hmoi tenore presentium committimus et mandamus, quatinus, si est ita, ab eodem Andrea vel ejus procuratore ad hoc specialiter constituto resignationem hmoi, si eam sponte et libere facere voluerit, ut prefertur, eadem auctoritate hac vice duntaxat recipias et admittas, eaque parte recepta et admissa parochialem Ecclesiam predictam, cujus fructus, redditus et proventus sedecim marcharum argenti secundum existimationem predictam valorem annuum, ut idem Epus asserit, non excedunt, et que ad collationem Epi Ratisponen. pro tempore existentis pertinet, cum illam per hmoi resignationem vacare contigerit, etiam si actu aliás quovis modo aut ex alterius cujuscunque persona vacet, dummodo tempore dati presentium non sit in ea alicui aliás specialiter jus quesitum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Johanni Epo per eum, quoad vixerit, tenendam, regendam ac etiam gubernandam eadem auctoritate in commendam concedere et assignare procures, ita, quod idem Epus debitis et consuetis ipsius parochialis Ecclesie omnibus supportatis residuos illius fructus, redditus et proventus recipere et in structuram ac reparationem dicti Castri duntaxat convertere, ac de illis in usum et utilitatem structure et reparationis hmoi, et non aliás disponere et ordinare libere et licite valeat, sicut veri ejusdem parochialis Ecclesie Rectores, qui fuerint

pro tempore, illos recipere ac de eis disponere et ordinare potuerunt, atque etiam debuerunt; alienatione tamen bonorum immobilium, et pretiosorum mobilium dicte parochialis Ecclesie sibi penitus interdictá, inducens eum vel procuratorem suum nomine ejus in corporalem possessionem parochialis Ecclesie, juriumque et pertinentiarum predictorum, et defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, sibique faciens de ipsius parochialis Ecclesie fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus supradictis hmoi commenda durante integre responderi, contradictores per Censuram Ecclesiasticam compescendo, proviso, quod dicta parochialis Ecclesia debitis propterea non fraudetur obsequiis, et animarum cura in ea nullatenus negligatur. Volumus etiam et auctoritate prefata sub penis ab ingressu Ecclesie, nec non suspensionis a divinis et excommunicationis, quas contrafaciens canonicá monitione previa incurrat ipso facto, strictius inhibemus, ne prefato Johanne Epo defuncto Successor ejus in ipsa Ecclesia Ratisponen. quicunque se de dictá parochiali Ecclesiá vel illius fructibus pretextu commende hmoi quomodolibet intromittere presumat, sed ex tunc de illa auctoritate apostolicá vel Ordinaria libere disponatur, quodque tu collectorem fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum in illis partibus deputatum de hmoi commenda, si eam vigore presentium per te fieri contigerit, quantocius certificare procures, et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus actum fuerit in premissis. Datum Frankfordie Maguntinen. Dioces. IIII. Nonas Decembris, Pontificatus prefati Domini nostri Pape anno undecimo.

Sigillum Cardinalis adpendet.

Num. MXLII. 1428. 1. Martii. Ex Originali.

Joannes Epus Ratispon. confirmat 1. missam perpetuam ad sanctum Georgium Ambergae, quam quondam (anno 1352.) Ulricus Vel presbyter in altari sancti Nicolai ibidem sub summa missa celebrandam testatus est, 2. missam perpetuam in Ecclesia sancti Martini, quam quondam (anno 1423.) Henricus Trautenberger bonae memoriae in altari sancti Sigismundi ibidem celebrandam testamento instituit, 3 et 4. duas missas perpetuas in Capella B. M. V. super altari sanctae Elisabethae, quarum unam Rugerus Plehlein et Henricus de Hirsaw, alteram vero Elisabetha Steinhauserin p. m. instituerunt, 5. missam perpetuam in Hospitali, quam quondam Alhardus

Ruetz felicis record. super altari sanctae Catharinae celebrandam testatus est. Datum Ratisponae die 1. mensis Martii, anno Domini 1428.

Sigillum Epi adpendet.

Num. MXLIII. 1428. 28. Martii. Ex Originali.

Joannes Epus Ratispon. confirmat missam perpetuis futuris temporibus in Monasterio inferiori, et in altari B. M. V. in Choro ibidem singulis diebus celebrandam, fundatam à provido viro Henrico Sinzenhofer cive Ratisponensi ad salutem et remedium animarum suae, et progenitorum, ac Successorum suorum, omniumque fidelium defunctorum. Dotatio missae consistit in 4 libris denar. Ratispon. solvendis a Monasterio inferiori, in 4 libris denar. Ratispon. solvendis a Monasterio Walderbacensi, unà libra et 2 Scaffis frumenti à Parthenone huiate S. Pauli dandis. Datum die 28. mensis Martii, anno dni 1428.

Sigillum Epi vix non laesum adpendet.

Num. MXLIV. 1429. 14. Martii. Ex Originali.

Ulrich Abt und der Konvent zu Walderbach verkaufen aus ihren Einkünften an Heinrich den Sinzenhofer Bürger in Regensburg 2 tt. guter R. dl. ewig und jährlichen Geldes, die dieser zu einem ewigen Jahrtage in Niedermünster, zugleich für 2 Bethschwestern gestiftet und vermacht hatte, um 40 tt. R. dl. Das Kloster Walderbach gelobt demnach, an jedem Quatember 1/2 tt. nach Niedermünster zu reichen, nämlich zu dem Jahrtag für besagten Heinrich Sinzenhofer, und seine Hausfrau Chunegund sel. und alle ihre Vorvodern; dann soll die Aebtissin 12 Schilling von den benannten 2 tt. zweyen erbaren Frauen und Bethschwestern, — die sie selbst auszuwählen hat, — jährlich mittheilen, und zwar jeder 45 dl. in quatemberlichen ratis. Datum am Eritag nach St. Gregorientag des heiligen Pabstes im Jahre 1429.

Duo Sigilla abbatis, et Conventus Walderbac. adpendent.

Num. MXLV. 1429. 29 Aprilis.

Conradus Epus Ratispon. magna cum cordis amaritudine suo clero dioecesano insinuat, quod Stephanus Laeusser quondam civis Ratispon. cum suis complicibus ausu proprio et temerario ac dei timore postposito manus injecit violentas

in plebanum in Pfakofen, ipsum detinendo et captivando, sicque captum et detentum in castrum validi viri Joannis Paulstorffer in Chürn deducendo, et licet dictus Joannes Paulstorffer litteris et scriptis Epi admonitus sit et existat, ad praesentandum judicio Ecclco dictum presbyterum, tamen nec ipse, nec Stephanus hmoi monitionibus acquiescentes eundem presbyterum frivole detinere praesumunt in Jurisdictionis totiusque Ecclcae libertatis contemptum, praejudicium et detrimentum, propterea utrumque cum suis complicibus in Excommunicationis Sententias incurrisse declaratur, et Sacerdotes, praesertim plebani in Mentzenbach et Pettenreut in ambonibus Ecclesiarum diebus dominicis et festivis coram populi multitudine ipsos excommunicatos et interdictos publice denuntient ac denuntiari faciant. Datum Ratisponae penultima die mensis Aprilis, anno Domini 1429. sub nostro appenso Sigillo.

Hundii Metrop. I. 180. Edit. Ratisbon.

Num. MXLVI. 1429. Ex Originali.

Indictio Synodi die 23 Mensis Augusti celebrandae.

Rudolphus de Heringen, Decanus Collegiatae Ecclesiae ad scum Johannem, Artium et Medicinae Doctor, Vicarius in Spiritualibus generalis Ratispon. Venerabilibus in Christo Patribus Abbatibus, Praepositis, Decanis, Plebanis, ac universis et singulis clericis Dioecesis Ratisponensis salutem et sinceram in Domino caritatem. Pastoralis officii sollicitudo nobis licet immeritis commendata, quamquam innummeris curis undique angimur, illa tamen praecipue mentem nostram excitat, per quam ecclesiastica locorum personarumque conservetur emunitas, et appetitus noxius sub morum regula limitetur, evulsisque spurcitiarum illecebris decus inde saluberrimum succedat. Sane sanctorum Patrum veneranda auctoritas á longis retroactis temporibus synodalia Concilia instituere, ad eaque celebranda Praelatos, et Presbyteros alios invitare consuevit; unde nos eorum vestigiis inhaerentes ac ex Comissione per Reverendum in Christo Patrem et Dnum, Dnum Conradum Dei et Apostolicae Sedis gratia Epum Ratisponensem desuper vivae vocis oraculo nobis factá, Synodum in nomine Domini nostri Jesu Christi pro fidei orthodoxae libertatisque ecclesiasticae piorum locorum personarumque conservatione, caeterisque circa praemissa necessariis et opportunis feria III. post octavas beati Laurentii martyris, festivitatem proxime futuram apud Civitatem Ratisponensem duximus statuendam et convocandam, atque tenore praesentium statuimus et convocamus. Quapropter

universos et singulos Dioecesis Ratisponensis Clericos exhortamur in Domino, ac requirimus et monemus attente, vobisque nihilominus et cuilibet vestrum in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, ut vos ad dictam Synodum celebrandam die superius assignato sine morae dispendio personaliter accedatis, et quilibet vestrum accedat, omni excusatione illegitima semota, ad videndum et audiendum, quae pro reformatione hmoi et correctione excessuum, aliisque ad hoc necessariis et opportunis expediunt tractari, ut ipsis salubriter expeditis futurisque adhibitis remediis mereamur ire de virtute in virtutem, et tandem videre Deum in Syon, qui est in saecula benedictus.

Num. MXLVII. 1430. Ex Diplomatario.

Narratio historica de destructione Hospitalis ad S. Catharinam Ratisbonae.

Anno Domini 1430. Martino V. Apostolicae Sedi praesidente, Sigismundo Romanorum Augusto, et Hungariae ac Bohemiae rege regnante Hufsitae haeretici de Bohemia cum potentia valida crudelitatem suam fideles persequendo in Missnia, Franconia et Bavaria exercebant, tantusque timor fuit christicolis, ut etiam, priusquam hostes viderentur, Civitates fortes et castra deserta fugientibus incolis relinquerentur. Hoc in tempore cives Ratisponenses dnum Epum Conradum de Susato accedentes petierunt, ut ad destruendum aedificia quaedam hospitalis sanctae Catharinae ipsis assentire dignaretur; qui habita cum Capitulo deliberatione assensit petitioni eorum, sic tamen, ut ipsi cives in hiis, quae per ipsos destruerentur, competentem ipsi hospitali facerent refusionem. Igitur anno Dni praedicto, scilicet 1430. die 7. mensis Februarii cives praedicti magnam seu praestantiorem partem aedificiorum fortium et excellentium hospitalis sanctae Catharinae in pede pontis ibidem, et quarumdam domorum in praeurbio destruere coeperunt, et fofsatum ibidem per antemurale fecerunt. Ut autem posteris patere possit, qualiter dispositio rerum priorum horum aedificiorum fuerit, memoriae causa heic annotatur: Item primo extra murum hospitalis a latere ejusdem muri dirutae sunt duae domunculae cum duobus cellariis ad idem hospitale pertinentibus. Item destructa est Ecclesia sanctae Catharinae, in cujus parte inferiori altaria tria, scilicet sanctae Catharinae, quod est reaedificatum et in honore sanctae Catharinae de novo de-

dicatum, secundum fuit altare sci Joannis, tertium sanctae Ursulae; juxta illud secus murum erat sepulchrum aliquantulum elevatum, hoc habens Epitaphium: Anno dni MCCL. in die sci Martini obiit Ulricus Dens. Item super altare scae Ursulae erat basilica testudinata, et in hac altare quartum scae Mariae. Item destructum est sacrarium testudinatum cum altari, habens a parte pontis fenestram. Item destructa est parva capella, in qua erat altare fsmae Trinitatis, constructa super introitum cellarii cerevisiae, quod fuit sub Ecclesia sanctae Catharinae miro modo constructum. Item secus Ecclesiam scae Catharinae a parte danubii destructa est domus magna, ad quam de ponte erat ingressus per portam speciosam, quae adhuc permanet, in qua est imago lapidea Conradi de Frontenhausen Epi Ratispon. fundatoris (secundi seu dotatoris) ipsius hospitalis, et protendebatur domus illa secundum longitudinem usque ad structuram illam magnam, quae adhuc secus danubium superest. Sub illa domo erat molendinum quatuor rotarum, super molendinum vero erat domus infirmorum, in qua altaria erant duo, primum in honore sanctae Elisabethae dedicatum, alterum sci Spiritus in capella, quae adhuc permanet, et super hanc domum erat habitatio tertia, scilicet dormitorium honorificum presbyterorum et aliorum. De hoc dormitorio erat transitus per basilicam scae Catharinae, cujus superius est mentio facta, ad aliam domum magnam versus aquilonem; sub hac domo erant cellaria tria bene testudinata, unum vini, alterum panis, tertium carnium. Item super ista cellaria erant duae stubae, una erat refectorium dnorum, altera erat stuba rusticorum, in quarum medio fuit commodum speciale ad siccandum carnes, vel res alias a frigore conservandas. Item super his stubis erant camerae pro familiaribus factae, et in parte domus infirmorum, quae non est destructa, reaedificatum est a civibus altare scae Elisabethae. Item ab eisdem civibus constructae sunt duae stubae juxta portam, una est dnorum, altera vero rusticorum. Item tria ergasteria, vulgariter Laeden ibidem sunt constructa, ianuas et aperturas suas ad urbem habentia, et sita sunt de latere a parte hospitalis; ex altero autem latere destructae sunt domus duae, una erat civis Ratispon. altera cujusdam dicti Gappolt. Item destructum est aleatorium in area super danubium, et sic ex parte ista ductum est fossatum per tres areas jure proprietatis ad Monasterium sci Magni pertinentes, et ego Ulricus Obser fui tunc temporis scriptor hospitalis ad 18. annos.

Num. MXLVIII. 1431. 23. Junii. Ex Originali.

Conradus Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam B. M. V. oppidi Schmidmüllen omni die per capellanum celebrandam, (una tantum die in hebdomada dempta, qua pro suo commodo supersedere aut quiescere potest,) ab oppidanis ob progenitorum ac successorum suorum omniumque fidelium defunctorum animarum refrigerium et salutem fundatam. „Volumus tamen, quod quilibet supradictae missae perpetuae capellanus pro tempore existens de juribus parochialibus — exceptis confessionalibus, inthronizationibus et baptismalibus, quas recipere valeat, — praeter voluntatem plebani in Vilshoven pro tempore existentis nullatenus usurpare debet publice vel occulte, directe vel indirecte; inhibentes etiam cuilibet capellano, ne quidquam de bonis vel redditibus ejusdem missae ausu temerario alienare seu distrahere praesumat: jus vero praesentandi capellanum ad eandem missam perpetuam tempore vacationis apud dnum abbatem Monasterii in Ensdorf et successores suos, cum voluntate tamen opidanorum opidi in Smidmullen, vel saltem sanioris partis eorundem volumus permanere, sic tamen, quod quilibet capellanus ad ipsam missam perpetuam instituendus infra tempus debitum legitime praesentetur, Investituram canonicam a nobis et Successoribus nostris humiliter postulando et recipiendo. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes litteras nostri Vicariatus Sigilli appensione fecimus debite communiri." Datum Ratisponae die 23 mensis Junii, anno Domini 1431.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MXLIX. 1432. 18. Aprilis. Ex Originali.

Leupold Gumprecht Stadtkamerer, und Hanns Gumprecht sein Sohn Bürger zu Regensburg bekennen und thun kund, dafs Ludwig Sitauer und Beatrix seine Gattin, — denen beiden Gott gnädig sey, — in dem Pfarrgotteshause zu St. Cassian eine ewige, an jedem Sonntage Morgens zum Pfarrgeläute abzuhaltende Wochenmesse gestiftet haben. Beide Gumprechte haben zeither diese Messe selbst ausgerichtet und Zahlung geleistet; nun aber haben sie nach vorgängiger Uebereinkunft dem Pfarrer Andreas Hackner 1 tt. R. dl. jährlichen Zinses aus einem Weingarten zu Ränhausen angewiesen. Für eine unterlassene Messe hätte der Pfarrer an die Siechen zu St. Lazarus 60. dl. als Straffe zu entrichten. Beide Gumprecht siegelten. Datum am Freitag vor St. Georgi, im Jahre 1432.

Duo Sigilla adpendent.

Num. ML. 1433. 2. Maii.

Synodus Basiliensis restituta per Ducem Bavariae Wilhelmum arce oppignorata Werd statuit, quod Castra Werd, Tumstauf, Hohenburg ad Oenum, nec non Hohenburg in Norico ad Ecclesiam Ratisponensem legitime pertinentia eidem Ecclesie remanere, et nequaquam per Epum, Praepositum, Decanum et Capitulum cathedrale vel eorum Successores impignorari, vendi, obligari aut alias qualitercunque ab ipsa Ecclesia alienari debeant. Datum Basileae anno Domini 1433. VI. Nonas Maii.

Hundii Metrop. I. 181. Edit. Ratisbon.

Num. MLI. 1433. 11. Nov. Ex Originali.

Bischof Konrad bewilligt dem Domherrn Johann von Ramsperg das Fischwasser bei Pfäffelstein.

Wir Chunrat von Gotes genaden Bischof zu Regenspurg bekennen offenlichen mit dem brief, als die Erwürdigen uns besunder lieb getreue Herr Johann von Ramsperg Tumherr und das Capitel des Tums zu Regenspurg dem Erwürdigen Herrn Linharten Probst irem Mittumherrn und Chorbruder von besunder lieb, freuntschaft und gunst wegen auf sein aines leib lebtag bis auf unsern willen und Bestättigung verliehen und gelassen haben das Vischwasser und Gruben mit Weit, als er das jetzt mit Gepeu umgeben und umfangen hat, gelegen unterhalb Pfaffelstain vor dem Weingarten, den man nennet im Weyer, den ze haben, ze nützen und ze niessen mit Vischen und sust, in massen, als im dann das benannt Capitel vergunnet, verlassen und erlaubt haben nach Innhalt des briefs im von dem benannten Capitel darumb gegeben, das wir im also in craft des briefs auch gunnen und erlauben. Des zu Urkund geben wir im den brief mit unserm anhangenden Insigel besiegelten. Der gegeben ist zu Regenspurg an sant Marteinstag, als man von Christi Gepurt zalt 1433. Jar.

Sigillum Epi valde laesum adpendet.

Num. MLII. 1434. 3. Febr. Ex Originali.

Hannsen Satelpogers Pflegers zu Werd Verschreibung gegen das Domkapitel, diesem mit dem Schlofs daselbst zu warten, wenn die Schulden an Baiern nicht bezahlt würden.

Ich Hanns Satelpoger zu Geltolfing d. Z. des Hochwirdigen Fürsten und hrn hrn Conrats Bischofs zu Regenspurg pfleger zu Werd bechenn offenlich mit dem brief als von solcher 10,830 Gulden wegen reinisch, so der benannt mein Herr von Regenspurg, und die erwirdigen der Tumprobst, Techant und Capitl daselbst mit samt im für in und sein Stift dem Hochgebornen Fürsten und hrn hrn Wilhalm Pfaltzgrave bei Rein, herzoge in Bairn und seinen Erben schůldig worden sein und gelten sullen in besundern Fristen und Zeit, als dann in dem Hauptbrief darumb geben begriffen ist; gerede und gelobe ich den benannten dem Tumprobst, Techant und Capitel des Tums zu Regenspurg bei meinem Aid und Treuen, ob solchs Gelt auf jegliche Frist und Zeit nit bezalt würde, und nach Innhalt Hauptbriefs, und ob si des zu schaden kämen, das wissenlicher schad wär, alsbald mich dann der Tumprobst, Techant oder Capitel des des Tums zu Regenspurg ermanen, so soll ich von der stund irer ersten Monung in und irem Capitel mit dem benannten Slos Werd und aller seiner Zugehörung on Widerred pflichtig und gewartend sein in aller der mafs, als ich dann meinem Herrn von Regenspurg gewesen pin, und sunst Niemand anders in chain Weis, treulich on gevärd, als lang, bis sie on allen iren schaden an Hauptgut gänzlich ausgericht und bezalt worden sind. Des zu Urkund gib ich den benannten Tumprobst, Techant und Capitel den brief mit meinem aigen anhangenden Insigl versigelt, der geben ist an sand Blasentag nach Christi unsers lieben Herrn Gepurd im 1434 Jar.

Sigillum adpendet.

Num. MLIII. 1434. 24. Aprilis. Ex Originali.

Indictio Synodi die 7. mensis Junii celebrandae.

Ulricus de Weissenburg Lic. in decretis, Canonicus Ecclesie veteris Capellae, et Vicarius in Spiritualibus generalis Ratisponensis. Universis et singulis venerabilibus honorabilibusque dnis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus,

Custodibus, tam cathedralis, quam Collegiatarum Canonicis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, divinorum Sociis et eorum locatenentibus, Capellanis, Altaristis et caeteris Presbyteris curatis et non curatis per Civitatem et Dyocesin Ratisponensem ubilibet constitutis, ad quos praesentes pervenerint, salutem in Domino cum notitia subscriptorum. Pastoralis officii sollicitudo nobis licet immeritis commendata, quamquam innumeris curis undique angimur, illa tamen praecipue mentem notram excitat, per quam ecclesiasticorum locorum personarumque conservetur emunitas, et appetitus noxius sub morum regula limitetur, evulsisque spurcitiarum illecebris decus in Ecclesia Dei succedat. Sane sacrorum Canonum auctoritas testatur, et olim sancti Patres curam solertem super gregem dominicum exercentes de celebrandis Conciliis, in quibus de extirpandis vitiis et plantandis virtutibus tam in clero, quam in populo, et de conservanda libertate ecclesiastica, de statu quoque Ecclesiarum et piorum locorum dirigendorum salubriter agebatur, et ex his status Ecclesiasticus tam in spiritualibus, quam in temporalibus in Dei Ecclesia multum crevit. Sed proh dolor! inimicus humani generis per longa jam tempora sua calliditate et astuta versutia quosdem de Ecclesia vulneravit et seduxit, surrexeruntque homines vani et gloriae cupidi, qui eam macularunt turpi vita, turpi quaestu, turpique commercio. Volumus igitur, quantum nobis ab Altissimo conceditur, officii nobis commendati debitum adimplere, ac per remedia salutaria malis in Dyocesi Ratisponensi pullulantibus obviare, hinc Concilium synodale, in quo de his, quae pro laude Dei et utilitate Ecclesiarum et piorum locorum, ac pro Clero et populo opportuna et utilia sunt, provida examinatione tractetur et provideatur, feria secunda post octavas Corporis Christi, hora primarum in Ecclesia cathedrali Ratisponensi duximus celebrandum, Praelatosque et clerum Civitatis et Dyocesis Ratisponensis ad idem convocandos. Quare vos omnes et singulos tenore praesentium requirimus et in Domino propensius exhortamur, vobisque nihilominus et cuilibet vestrum in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena districte praecipiendo mandamus, quatenus ad dictum synodale Concilium die, hora, et loco praedictis celebrandum personaliter accedatis et quilibet vestrum accedat, impedimentis quibuscunque semotis, ad tractandum et tractari videndum et audiendum, quae in praemissis et circa ea necessaria fuerint et opportuna, ut negotio hmoi salubriter peracto mereamur ire de virtute in virtutem, et tandem videre Deum deorum in Sion, qui est in saecula benedictus. Datum

Ratisponae die 24. mensis Aprilis, anno Domini 1434. Vicariatus Sigillo praesentibus subimpresso.

Cum Sigillo impresso. Ad mandatum Dni Vicarii Laurentius Pörtl Notarius.

Num. MLIV. 1434. 15. Decemb.

Concordia inter Conradum Epum Ratisbon. et Hypolitum de Hohenfels facta per Ducem Albertum.

Ex Copia anno 1435. vidimata per Ulricum de Weissenburg ss. Can. Lic. Canonicum ad vet. Cap. ac Epi Conradi Vicarium generalem.

Von Gotes genaden wir Albrecht Pfaltzgraf bei Rein und Hertzog in Bayern etc. bechennen offenlich mit dem brief als von solcher Zweiung, Spruch und Vordrung wegen, so dann Hilpolt von Hohenvels zu dem Erwürdigen in Gott, unserm besundern guten Freund Herrn Conraten Bischof zu Regenspurgk und seinem Stift gehabt hat, dorumb solch Zwaiung, Spruch und Vordrung zu offner Vehde und Veintschaft auferstanden sind, auch dem obgenannten Bischof und seinem Stift, und auch dem Capitel seines Tumbs, und etlichen den von geistlichen und werltlichen mit nam und prant mitsampt seinen Helfern zugezogen und beschedigt hat; auf das haben wir uns der sach angenommen um des willen, das nicht grösser schaden und merers übels aus den sachen erste, und haben di zu Tagen und zu friden pracht, und haben auf heut dato des briefs mitsampt unsern Räten soverne zwischen der vorgenannten partei in der Gütlichkait betaidingt und geredt also, daz si solcher sach Zwaiung, Spruch und Vordrung, nichts ausgenommen, wie sich die alle auf heut den Tag gemacht und verlaufen hat, gänzlich und gar mit ir baider Willen hinder uns gegangen und beliben sind also, was wir in der Gütlichkait zwischen in aussprechen und das in diesem unserm versigelten Spruchbrief setzen, dem wellen sie zu beider seit treulich nachgèn, auch das stät halden und allem dem genug tun und vollenden, das wir ungeverlichen sprechen, als si uns des zu baider seiten bei iren Handgebenden Treuen gelubt und versprochen haben, zu halten nach Inhaltung ir baider versigelten Anlasbrief uns darüber gegeben. Auf das haben wir ir baider Fürpringung mitsampt unsern Räten aigentlich verhört und vernommen, und haben die sache zu guter masse gewegen und nach gelegenhait der sach, so haben wir uns mit unsern Räten, auch des

von Regenspurgk Räten, di er dazu geben hat, und auch des Hohenvelsers Freund, die er auch darzu geben hat, zum ersten aigenlich widerredt und sprechen zum ersten wissentlich in chraft des briefs paider vorgenannten partei zu guten lautern Freunden und ganzer Richtung, und aller der, die auf baiden Tailen darunder verdacht und verwont sind, sie sein geistlich oder werltlich, und sol ain Tail gein dem andern solch sach hinfür nimmermer äfern, melden, noch kainerlai sach zuziehen haimlich noch offenlich in kainer Weis treulichen on geverde. Darnach so sprechen wir all Gefangen auf baider seit ledig und los ungeschatzt, und was schatzgelt oder Teidinggelt noch vorhanden und nicht bezalt wär, das sol auch auf baider seit ganz absein; dann von der tausent Gulden wegen, die der Bischof von Regenspurgk dem Hohenvelser schuldig ist und die er im berait gelihen hat, die sol im der Bischof inner 14 Tagen nach datum des briefs unverzogenlich zu Regenspurgk bezalen nach Innhaltung seines Hauptbriefs. Dann für die schäden sprechen wir, dafs der Bischof von Regenspurg oder sein Nachkommen dem Hohenvelser oder seinen Erben dafür ausrichten und bezalen sullen tausend guter Reinischer Gulden, und sol im die bezalen von Liechtmefs schirist über ein gantz Jar zu Regenspurg vierzehn Tag vor, oder nach ungeverlich, und sol im die vergwissen und verporgen mit drein oder vier porgen, di darumb gut sind, und darüber under seinem und der porgen Insigel dem Hohenvelser ainen redlichen schuldbrief geben, und wenn daz also beschehen ist, so sol dann der Hohenvelser dem von Regenspurgk das Slofs Aeuting, das er und sein Helfer dem von Regenspurgk abgewunnen haben, von stund an übergeben, und das abtretten und zu seinen Handen antwurten, oder wem er das einzunemmen enphilhet ungeverlich. Dann von der nam, prant und schaden wegen, die der Hohenvelser und sein Helfer in dem Krieg dem von Regenspurgk und seinem Stift, auch dem obgenannten Capitl und den Iren und andern, si sein geistlich oder werltlich, wer di sein, oder wem di zu ersprechen sten, und sunderlich dem Pfaffen von Westenkirchen, des sich der von Regenspurgk angemachtigt hat, getan, und zugezogen hat bis auf den Tag heut dato des briefs, des soll der obgenannte Hohenvelser oder sein Helfer gein dem egenannten Bischof und seinem Capitl, auch weder gein Fürsten, Herrn, Ritter und Knechten, oder wie die genannt sind, geistlich und werltlich kain Entgeltnufs haben in kainer Weis, sundern In sol der Bischof dafür sten, daz si solch sach von mennichlichen unbekümmert und hinfür ganz müfsig beleiben. Alles treulichen on Ge-

verde; und daz dieser unser Spruch also stät und unzerbrochen beleib, auch nach Rat unser Rät durch uns gegangen und beschehen sei, so haben wir zur waren Urkund unser Insigel an den brief haissen hengen, und des jedwedem Tail ainen Spruchbrief geben. Daz ist geschehen und der brief geben am Mitken in der Quotember vor Weinachten, in dem Jar, als man zalt nach Kristi unsers lieben Herrn Gepurd 1434.

Sigillum Vicariatus adpendet Copiae vidimatae.

Num. MLV. 1436. 16. Julii.

Ernst, Herzog in Baiern stiftet in der von ihm auf dem Kirchhof zu St. Peter in Straubing erbauten Kapelle eine tägliche Messe und einen ewigen Jahrtag für die unglückliche Agnes Pernauerin, und für die Seelenruhe aller Christgläubigen mittels einer jährlichen aus der Mauth zu Straubing zu verreichenden Gült von 16 tt. R. dl. Das Recht, einen Kaplan zu praesentiren, haben künftig die Herzoge von Baiern auszuüben. „Auch wollen wir, das ain jeder Caplan häuslich und wesentlich mit sein selbs Person in dem Haus, das wir zu der Capelln vermaint und gemacht haben, sitze und sich pfäfflich, würdigclichen und züchtigclichen halte und ordentlich *lebe*, als dann einem würdigen, frummen Priester zugehört. Ob er sich aber nit pfäfflich und priesterlichen halten würde, und die obgeschriben Artickel all und jeden besunder nicht hielt, so soll und mag ihn dann ein jeglicher Pfarrer zu Straubing darüber in Red setzen, und darumb guetlichen straffen; wollte er aber sich des nicht pessern, so soll und mag ein Pfarrer das an uns und an unser Nachkommen bringen, damit der Unordnung widerstanden werd, und mögen auch wir und unser Nachkommen einen jeglichen solchen ungehorsamen Caplan absetzen und der Pfrünt entweren, und einen erbern andern priesterlichen Caplan darauf setzen. Darüber zu Urkund und Bestättigung haben wir unser Insigl an den Brief gehangen für uns, und unser Erben und Nachkommen, und zu merer und ewiger Bestättigung haben wir gebeten den hochgebornen Fürsten, unsern lieben Son, Herzog Albrechten, Pfalzgrafen bey Rein etc. das er sein Insigl zu dem unsern an den Brief gehangen hat, stätt zu halten, das der Brief ausweiset, on Geverde, das wir auch obgenannter Herzog Albrecht also bekennen mit dem Brief." Gegeben am Mondtag vor Maria Magdalena, anno Domini 1436.

Oefelii Script. rer. boic. II. 225.

Num. MLVI. 1437. 28. Junii. Ex Originali.

Johannes Archiepiscopus Salisburgensis auctoritate metropolitica confirmat Fridericum de Parsperg Praepositum Ecclesiae Ratispon. (virum, teste Electionis instrumento, providum et discretum, scientia litterarum, moribus et vita merito commendandum, utpote in Decretis Licentiatum, in Sacerdotio, ac 52. aetatis suae anno constitutum, de militari ex utroque parente et legitimo matrimonio procreatum, experientia praematurum, necnon in spiritualibus et temporalibus providum ac circumspectum) secundum sacrorum Canonum, necnon Basiliensis Concilii decreta in Epum ejusdem Ecclesiae a toto Capitulo unanimiter nullo penitus discrepante electum, mandatque Capitulo et Clero, ut ipsum Electum et Confirmatum tanquam patrem et pastorem suarum animarum cum debita reverentia recipiant, ipsique tam in spiritualibus, quam temporalibus obediant, ejusque salubria monita et mandata humiliter suscipiant efficaciterque adimpleant. Datum et actum Salzburgae in stuba Consilii Curiae Archiepiscopalis sub anno a nativitate Domini 1437. Indictione XV. die vero Veneris 28. mensis Junii.

Sigillum Archiepi adpendet.

Num. MLVII. 1438. 14. Martii. Ex Originali.

Ordinatio Epi Friderici, ut plebani Civitatis Ratisbon. non recipiant alienos Parochianos.

Fridericus de Parsperg dei gratia Epus Ratisponensis ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii nobis celesti providentia crediti sollicitudo circa Subditorum salutem diligenti studio invigilat, ut ea, per que dissensiones et scandala in populo dominico ac animarum fraudes evenire possent, quantum possumus, de medio sustollamus, ac priores ordinationes perinde rationabiliter factas innovemus, et ut inconvulse maneant atque irrefragabiliter observentur, nostri scripti patrocinio muniamus. Sane quoniam frequenter contingit error satis periculosus animarum ex eo, quod curati et plebani nostre Civitatis Ratisponensis passim in parochiis suis undecunque et qualitercunque advenientes, et etiam incolas pro voluntate sua se de parochia in parochiam mutantes seu auctoritate propria, imo potius temeritate divagantes sibi plebisanos colligunt et assumunt, unde contingunt errores plurimi, quod quandoque nec pastor noscit vultum pecoris, nec ovis sui pastoris vestigia sequitur, sed per devia gradiens

quasi impetu quodam erronee circumfertur, et sic a non suo curato sepius se ligari aut absolvi putat de facto, cum jure hoc fieri non possit. Quare hmoi periculis obviare cupientes, prout ex debito pastoralis officii tenemur, ne ignavia aut negligentia nostra sanguis eorum de manibus nostris requiratur, antiquam ordinationem, prout de verbo ad verbum inferius sequitur ex corpore juris extractam presentibus de consensu nostri Capituli resumentes innovamus, statuimus et ordinamus, ac eam per plebanos ipsorumque cooperatores et plebem utriusque sexus dicte Civitatis Ratisponensis inviolabiliter futuris temporibus sub debito obedientie, nec non aliis penis pro qualitate et excessus temeritate per nos vel nostros Successores infligendis volumus observari. Tenor antique Ordinationis, de qua supra fit mentio, per omnia sequitur in hec verba: „Ordinatum est, ut nullus plebanus Civitatis Ratisponensis subditum non suum recipiat ad Confessionem vel ecclesiastica Sacramenta, cum alienum solvere vel ligare de jure nequeat, nec subditus forum sui plebani declinare absque ejus consensu et voluntate habeat potestatem, et omnis fidelis utriusque sexus, vir vel mulier, liber aut servus, masculus aut femina ire et se presentare debet saltem dominicis diebus ac recipere ecclca Sacramenta, et subire confessionem et penitentiam in Ecclesia parochiali majori; in parochiis vero sanctorum Emmerami, Cassiani, superioris et inferioris, et sancti Pauli Monasteriorum, prout a 10. 20. 30. 40. annis citra et ultra consuetudinem introductum est. Alii vero omnes sunt de Parochia majori. De forensibus autem ibidem observari debet, prout in libello divisionum et institutionum parochiarum Civitatis Ratisponensis clare discussum est. Et ibidem multis probationibus habitis in fine Capituli octavi concluditur in hec Verba: Reservaverunt autem Epi, qui temporibus hiis fuerunt, de consilio et assensu Capituli Ecclesie cathedralis Ratisponensis omnes alios populos et omnes nationes, que sub celo sunt, Ecclesie parochiali eidem Ecclesie matrici conjuncte et gremio suo intime sociate, undecunque venirent ad Civitatem Ratisponensem, sicut prius habuerat in origine sua. Igitur de quibuscunque locis quaruncunque diocesium vel regionum supervenientes, dummodo non sint proprietarii vel conductitii aliorum Collegiorum in eadem Civitate, omnes de jure ad Ecclesiam parochialem pertinent in summo tanquam ad generalem et majorem.“ Ut autem hec nostra Ordinatio sic inconcussa maneat, atque robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras exinde fieri, nostrique nec non Capituli memorati Sigillorum appensione in fidem et testimonium omnium pre-

missorum fecimus roborari. Datum Ratispone die 14. mensis Martii, anno a nativitate Domini 1438.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MLVIII. 1439. 27. Februarii. Ex Originali.

Friderieus Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam fundatam ac annuo censu 11 tt. denar. Ratispon. dotatam a Joanne Leicht Rectore Ecclesiae parochialis sancti Nicolai in **Salach**, et vitricis ejusdem Ecclesiae, nec non a fraternitate et vitricis Ecclesiae B. M. V. in **Hädersbach** infra limites dictae Ecclesiae in Salach constitutae, diebus alternatis in Ecclesiis Salach et Hädersbach celebrandam, una die in quavis hebdomada excepta, qua Cooperator propter hanc fundationem habendus cum alio Socio divinorum ab antiquo ibidem habito vacare poterit. „In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium praedictas litteras exinde fieri, nostrique pontificalis Sigilli appensione jussimus communiri. Dat. Ratisponae penultima die mensis Februarii, anno a nativitate Domini 1439."

Sigillum Epi illaesum adpendet.

Num. MLIX. 1440. 21. Martii. Ex Originali.

Des Bischofes Friedrichs Revers, dem Domkapitel über den Hof zu Laberweinting ausgestellt.

Wir **Fridrich** von Gotes gnaden Bischof zu Regenspurg bekennen für uns und all unser Nachkommen offenlich mit dem brief, als uns die Erwürdigen Herren, Herr Degenhart Salchinger und gemainklich das Capitel des Tums zu Regenspurg iren und ires Capitels aigen freien ledigen Hoff zu **Laberweinting** gelegen, genannt der Strigelhof, den vor Zeiten Herr Caspar Türlinger ir Korbruder seliger zu ainem Korlehen gehabt, und fürbas Herrn Wilhalm Fraunberger auf 3 Jar lassen hete, nu von unser Frauentag Liechtmefs nächst vergangen über 5. gantze Jar nächst nacheinander kommend lassen und bevolhen haben, also versprechen und geloben wir in, das wir den benannten Hof wesenlich und päulich zu Veld und zu Dorf bestellen und machen sullen und wöllen, und In järlich davon zinsen und geben 5 Schilling R. dl. an sand Steffanstag des heiligen Pabsts in den Kor zur Presentz on allen Abganck und

on alle Widerred, das uns des järlich nichts irren, noch engen soll, noch enmag, weder Schauer, Pises, Prant, Urleug, Krieg, noch dhainerlei ander sach, noch Geprest, wie die benannt ist, oder möcht werden, nichts ausgenommen, noch hindangesetzt. Wir sullen und wollen auch den benannten Hof verantwurten, vertretten und versprechen mit dem Rechten, wo oder von wem der angesprochen würde, als ander unser Hab und Gut. Wan aber die benannten 5 Jar aus und vergangen sint, so ist In ir vorgenannter Hof mit aller seiner Zugehörung und mit sambt dem Pau, Besserung und Kost oder Zerung, die wir darauf oder darein getan haben, zu stund von uns ledig und los worden, und sie mügen dann den fürbas verlassen, wem si wöllent, und sie sein uns und unsern Nachkommen, noch Niemant anders von unsern wegen alsdann von Pau, Besserung, Zimmer, Kost und Zerung wegen, die wir darauf und darein getan haben, nichts schuldig, weder wenig noch vil, klain noch gros in dhainer Weis, und was wir, unser Nachkommen oder Jemant anders von unsern wegen über das alles mit In kriegten oder rechten geistlich oder werltlich, oder on Recht, das geben wir In an aller stat behabt und gewunnen, und uns, unsern Nachkomen, und mennichlich von unsern wegen verloren. Des zu Urkund geben wir den brief versigelt mit unserm anhangenden Insigel, der geben ist nach Christi Gepurt im Jare 1440. Am Montag nach dem Palm - Tag.

Sigillum Epi illaesum adpendet.

Num. MLX. 1440. 6. Novembris. Ex Originali.

Rudolphus de Heringen, ſs. Theol. Professor, artium et medicinae doctor, decanus Eccliae veteris Capellae, ac Epi Friderici in spiritualibus Vicarius generalis confirmat missam hebdomadalem in summo altari Chori monasterii inferioris, et aliam missam pro fidelibus defunctis singulis diebus lunae in altari sanctae Caeciliae sito in paradiso ejusdem monasterii decantandas, ac alias demum missas in eodem S. Caeciliae altari hebdomadatim et perpetuo celebrandas, quas missas praedictas Joannes Kreglinger quondam capellanus capellae sancti sepulchri in dicto monasterio, vivens fundavit ac certis annuis et perpetuis redditibus per abbatissam Osannam et conventum inferioris monasterii a dno Friderico abbate et conventu Coenobii in Prüfening comparatis dotavit. Datum Ratisponae die 6. mensis Novembris, anno dni 1440.

Sigillum Vicariatus integrum adpendet.

Num. MLXI. 1442. 4. Febr. Ex Originali.

Befreyung der Raidenbucher von einer jährlichen an den Landesherrn zeither entrichteten Abgabe.

Wir Johanns von Gottes gnaden pfallentzgrave bey Rein und Hertzoge in Beirn bekhennen und tun kunt offenlichen mit dem Brieve für uns und unser erben, das wir von getrüwer williger dienste wegen, di uns Ulrich Raydenbucher, und Hanns sein Bruder unserm lieben herren und Sonne dem Könige zu Tennmarcke lange Zite getan haben, und hinfür tun sollen und mögen, in von besunder gnaden wegen die 12 R. dl. di man uns jerlichen von zwaien Iren Hofstetten auf unsern Casten gein Hoenvels geraicht und gezinset hat, und die in Irem grossen Paumgarten zu Raidenbuch gelegen sind, aine in demselben Paumgarten an den Kirchhof, und die ander an die Hofstat daselbst stossend, die Ulreich Saumantl inngehabt hat, begeben und si für solch 12 R. dl. gefreiet haben, also, das si noch ir Erben uns und unsern Erben der hinfür zu ewigen Zeiten nit mehr schuldig oder pflichtig sein zugeben, noch zu raichen in dhaine Weis on alles Geverde, Urkund diss briefes versigelt mit unserm anhangenden Insigel, der geben ist zu Amberg am Sonntag nach unser lieben Frauentag Liechtmess, als man zalt nach Christi Gepurd 1442 Jar.

Sigillum adpendet integrum cum rhombis et leone.

Num. MLXII. 1442. 12. Nov. Ex Originali.

Stiftung eines ewigen Jahrtages in dem Gotteshause Saltendorf für die Sinzenhofer'sche Familie.

*) Am 24 April 1457. ward er Canonicus zur alten Kapelle, am 3. October 1462. Decan dieses Stiftes, und am 31 Dec. 1467. wurde ihm durch einen Capitular - Schluſs der Chorherren die Pfarr St. Cassian verliehen. Er versah die Pfarr und das Decanat bis zu seinem Tode, der am 2. December 1490. erfolgte. Von ihm sind noch kurze Notizen über Präbenden - und Pfarrverleihungen vom Jahre 1462. bis 1487. vorhanden, worin auch zwei allgemeine Reichstage von den Jahren 1469. und 1471. endlich ein bairischer

zugleich zu seiner, seiner Vorfahren und Wohlthäter, auch aller Gläubigen Seelenruh eine ewige Messe in der Pfarrkirche zu St. Cassian auf dem neuen, von ihm erbauten St. Erasmus Altar, und verordnet, dafs 1.) der Kaplan dieses Altars an allen Sonn- und Feyertägen unter dem Pfarramte, an jedem Mondtag, Donnerstag und Samstag aber unter der Pfarrmesse das heilige Mefsopfer entrichten soll, 2.) an des Stifters Jahrtage hat der Kaplan die Obliegenheit, 10 Messen in St. Cassian, und 5 Messen in der alten Kapelle zu besorgen, 3.) Von den Pfarr-Rechten und Opfern soll er nichts entziehen, sondern dem Pfarrer gehorsam sein, und ihm mit Singen in dem Chor aushelfen; von jeder Vigil hat ihm aber der Pfarrer 2 dl. zu geben. Die Dotation besteht jährlich in 20 fl. welche die Bürger der Stadt Sulzbach zu entrichen haben, in 4 1/2 tt. R. dl. aus des Sittauers Haus und Weingärten, aus 1 Schaff Weitz in Hachelstat und 60 R. dl. aus einem Hause in Abach; das Patronatsrecht soll bei dem Kapitel der alten Kapelle verbleiben. Der Stifter und sein Kapitel siegelten. Am nämlichen Tage bestättigt Bischof Heinrich obige fundation, und erhebt selbe zu einem ewigen Beneficium, gebiethet zugleich, dafs der Stiftung zu ewigen Zeiten pünktlich nachgelebt, und von der Dotation nichts veräussert werde. Datum, ut supra.

Tria Sigilla adpendent, a.) Vicariatus, b.) Capituli veteris Capellae, c.) Joannis Hayden.

Num. MCX. 1479. 6. Februarii.

Henricus Epus Ratisponensis renuntiat liti habitae cum Duce Bavariae Alberto ob jus patronatus ad Parochiam Lintkirchen, et concedit, quod Dux et sui Successores dicto jure in posterum libere uti possint, salva tamen canonica Investitura ad praedictam Parochiam Epo competente. Datum Ratisponae 6. mensis Februarii, anno Domini 1479.

Hundii Metrop. I. 182. *Edit. Ratisbon.*

[1] Fürstentag gegen den Einhornbund der bair'schen Edelleute vom Jahre 1467. berührt werden. Er war ein sehr fleissiger, zugleich sehr bescheidener Mann, und es ist zu vermuthen, dafs er noch andere Handschriften, besonders in Bezug auf die Pfarr St. Cafsian hinterlassen habe, die aber verloren gegangen sind.

Num. MCXI. 1479. 22. Dec. Ex Originali.

Confirmatio Eplis missae hebdomadalis et anniversarii in Ecclia cathedrali fundati a Conrado Sinzenhofer Vicario generali Ratisbon.

Heinricus dei et apostolice Sedis gratia Episcopus Ratispon. universis et singulis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in domino sempiternam, ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii sollicitudo nos hortatur et admonet, ut ea, que zelo devotionis pro divini cultus augmento et presertim pro missarum celebratione fiunt, pia prosecutione et votivo animo amplectamur; in hiis etenim memoria dominice passionis recolitur, Christus ipse sumitur, et pro fidelium omnium tam vivorum, quam mortuorum salute immolatur assidue hostia salutaris. Sane venerabilis nobis in Xpo sincere dilectus dnus Conradus Sintzenhofer decretorum licentiatus, Canonicus ac in spiritualibus Vicarius noster generalis nobis sua petitione monstravit, quod ipse zelo devotionis accensus, pia mente revolvens, quod morte nil certius et nihil incertius hora mortis existat, quoniam plurimi, cum se stare credant, repentine mortis eventu de medio subtrahuntur, nec hominem nisi opera sua, sive bona sive mala fuerint, subsequuntur; volens propterea eternorum intuitu id seminare in terris, quod fructu multiplicato recolligere valeat in celis, ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis ac beatissime Virginis Marie, nec non ob salutem et remedium animarum sue, parentum, progenitorum et Successorum suorum omniumque fidelium defunctorum unam missam ebdomadalem in altari sci Bartholomei Ecclesie nre qualibet feria sexta de dni nri Jesu Christi passione, legitimo cessante impedimento, alioquin altera die ejusdem Septimane per Capellanum dicti altaris pro tempore existentem celebrandam, ac anniversarium in dicta Ecclesia secundum consuetudinem hactenus introductam qualibet secunda feria post dominicam Invocavit peragendum de nocte cum Vigiliis et altero die cum Officio defunctorum fundaverit, quodque in dotem hmoi fundationis tres scaffas siliginis et unam libram denar. Ratispon. annui et perpetui Census ex Curia quadam dicta Harhof ipsi Capellano et suis Successoribus perpetuis futuris temporibus assignaverit et appropriaverit, prout hec et alia in litteris fundationis et dotationis desuper confectis, Sigillisque prefati dni Conradi, Friderici et Udalrici Sinzenhofer appendentibus sigillatis coram nobis exhibitis et productis, quas aput presentes (litteras Confirmationis) servari volumus, vidimus plenius contineri.

Quare pro parte dicti dni Conradi Vicarii nri nobis fuit cum instantia debita supplicatum, quatenus fundationi et dotationi predictis robur Confirmationis adiicere, illasque admittere, approbare et ratificare auctoritate nra Ordinaria dignaremur: Nos igitur, qui divinum cultum nris temporibus intensis desideriis adaugeri cupimus, laudabilemque ipsius Conradi intentionem grato affectu amplectentes et in dno commendantes, ipsumque in suo laudabili proposito confovere cupientes, predictas fundationem, erectionem et dotationem, prout eas rite ac rationabiliter factas reperimus, auctoritate nostra Ordinaria admittimus, approbamus et in dei nomine confirmamus presentium per tenorem, volentes, quod omnia et singula circa fundationem et dotationem predictas ordinata cum omnibus modificationibus, conditionibus, oneribus et penis in litteris fundationis descriptis et expressis, perpetuo gaudeant roboris firmitate. Prohibemus igitur sub interminatione districti judicii et maledictionis eterne, ne quisquam contra premissa vel ipsorum aliquod facere aut venire, seu ipsa ausu temerario infringere sive violare, aut de bonis jam donatis sive in posterum donandis contra formam fundationis quicquam distrahere aut alienare quoquo modo presumat sub gravissima omnipotentis dei ultione sacrorumque Canonum penarum formidine durissima. In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique officii Vicariatus nri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone die 22. mensis Decembris, anno a nativitate domini 1479.

Sigillum Vicariatus appendet.

Num. MCXII. 1480. 9. Junii. Ex Originali.

Henricus Epus Ratispon. ad preces abbatis Johannis et Conventus monasterii sancti Emmerami Ord. sancti Benedicti Ratispon. Parochiam seu Praepositurам Boehmischbruck unit, annectit ac incorporat cum omnibus et singulis suis fructibus, redditibus, proventibus et juribus, reservata tamen portione congrua pro futuro Vicario ibidem instituendo, ex qua congrue sustentari, Episcopalia jura solvere ac alia ipsi Praepositurae incumbentia onera valeat supportare, proviso tamen, quod dicta Parochia seu Praepositura debitis propterea non fraudetur obsequiis, et animarum cura nullatenus negligatur. „In quorum fidem et testimonium praesentes litteras exinde fieri, nostrique pontificalis jussimus et fecimus, necnon Capituli nostri Sigillorum appensionibus communiri. Datum et actum Ratisponae in Curia

nostra Episcopali sub anno a nativitate Domini 1480. Indict. XIII. die vero Veneris nona mensis Junii, Pontificatus ſsmi in Christo Patris et Dni nostri Sixti Papae IV. anno nono."

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. MCXIII. 1481. 10. Januarii. Ex Diplomatario.

Leonhard der Seyboldstorfer zu Ritterswerd nebst Margareth seiner ehelichen Hausfrau stiftet mit Einstimmung des Erhard Kolb Dekans und Pfarrers in Geisenfeld eine ewige Messe in der Schloſskapelle zu Ritterswerd, und widmet dazu einen Hof im Dorfe Zell, einen Hof in Oberzell, einen Hof in Rotteneck und einen in Kleinmünster, ein Gut zu Hardt nebst einigen Häusern und Hofstätten in Geisenfeld und Zell. Die Lehenschaft dieser Messe bleibe bey den Besitzern des Schlosses Ritterswerd, und der Kaplan soll in jeder Woche 5. Messen lesen, und zu heiligen Zeiten in der Pfarrkirche zu Geisenfeld mit dem Pfarrer zu Chor stehen. Der Stifter siegelte. Gegeben am Mittwoch nach St. Erhardstag des heiligen Bischofes, als man zählt nach Christi unsers lieben Herrn Geburt 1481 Jahre.

Bischof Heinrich hat im nämlichen Jahre obige Stiftung bestättigt.

Num. MCXIV. 1482. 17. Octobris. Ex Originali.

Joannes de Trebra Decretorum doctor, Canonicus et Vicarius Ratispon. in spiritualibus generalis confirmat missam perpetuam, quam anno 1480. Anna, relicta vidua Alberti Heupel civis Ambergae, ibidem in altari B. V. M. in Ecclesia parochiali sancti Martini a parte posteriori et manu sinistra juxta portam in honorem B. V. M. ac sancti Urbani dedicato, vulgariter der Weinzierl-Bruderschaftsaltar nuncupato fundavit. Datum Ratisponae die 17. mensis Octobris, anno a nativitate Domini 1482.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCXV. 1483. 3. Novembris. Ex Originali.

Confirmatio Episcopalis Beneficii ad sanctum Kilianum Ratisbonae a Conrado Onsorg fundati.

Nos Heinricus dei gra Epus Ratispon. universis et singulis Xpi fidelibus presentibus et futuris salutem in Domino sempiternam.

Piis petentium desideriis benignum nos convenit adhibere consensum, ut, dum illorum pia opera prosequimur, premiorum etiam suorum participes fieri mereamur. Dudum missa ebdomadalis perpetua capelle sancti Kiliani Civitatis Ratisponensis per venerabilem bone memorie dnum Conradum Onsorg in decretis Licentiatum, tunc Canonicum Ecclesie nostre Ratisponensis omnibus diebus dominicis in eadem celebranda fundata, meminimus eandem de anno dni 1481. in Vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum gloriosissimorum sub ac cum fructibus, redditibus et censibus confirmasse sequentibus, videlicet ex curia officii appellata Ambthof, seu verius juribus super eadem vulgariter Erbrechten juxta Ecclesiam parochialem in Talmäfsing unacum coherentiis, pertinentiis et prediis suis urbanis et rusticis, quam nunc Conradus Amann jure emphiteotico colit et possidet, unam scaffam tritici, item ex domo seu area et ortis confinantibus ad domum Marquardi Vorster, nec non ex Vinea juxta Villam Ortt, cujus fines tangunt vineam Ulrici Mathes, apellata Putzner in loco dicto Niderfraureut, et ex Vinea beate Virginis in Ortt unacum agro ad ipsam pertinente, que quidem ad Martinum Brobst in Ortt et Barbaram uxorem suam spectant atque pertinent; item ex domo et fundo in Tegernheim, quam Georgius Rauber inhabitat, et ex agro suo in campo a tergo domus predicte, prout itur ad Thumstauf, et ex omnibus pertinentiis eorundem 60 denarios Ratisponen. ipsisque redditibus et censibus hmoi prememorata missa ut prefertur dotata, jus patronatus seu presentandi ejusdem dilecto in Xpo dno Udalrico Onsorg Canonico Ecclesie veteris Capelle Ratispone fratri dicti dni Conradi de illius consensu et voluntate ad vitam suam duntaxat, et post ejus obitum deinceps possessori domus Capelle predicte perpetuis futuris temporibus réservasse. Et quoniam missa Capelle beati Kiliani sic instituta et confirmata honorabili dno Petro Mayer ad presentationem dicti dni Udalrici collata noscitur, idemque dnus Petrus ex singulari attentione et devotione, quam ad intemeratam Dei genitricem in eodem loco generose et venerabiliter subvenientem atque immorantem speciali zelo et fervore accensus permotusque existit, ad divinum cultum ibidem augmentandum, et beneficio misse hujus adhuc exigue provise ac dotate ulterius providendi; ad laudem igitur et honorem omnipotentis Dei, et dicte sue integerrime genitricis Virginis Marie, sanctique Kiliani, et Sanctorum ejus obtulit se coram nobis ad assignandum et donandum ad prefatam missam de suis facultatibus et redditibus propriis unam scaffam tritici et unam scaffam siliginis annuas, quas quidem a Michaele Krie-

ger in Malgoſsing et Agnete uxore ipsius legitima in et ex prediis liberis comparavit, sequentibus videlicet, ex 4. agris, quorum unus contiguus est fovee appellate die Laimgrube, alter juxta Anwanten auf dem Mülwege, tertius in campo superiori in valle, vulgariter am Obernvelde im Grunde, quartus in eodem campo am Anwanter, et ex diurnali prati appellati die Oberndorfferin in der Nideraue, et ex dimidio diurnali pratorum ibidem, ita tamen sub his modo et forma jam dicta jura et census ad ipsam missam conferendo, quod deinceps et in futurum perpetuis temporibus in capella sancti Kiliani suprafata die Sabbati una missa annua ultra missam dominicalem predictam etiam legatur et peragatur, quodque eandem missam Sabbatinam idem Sacerdos seu Capellanus, ut prefertur, ad dominicalem institutus seu instituendus etiam legat, et censeatur unum duntaxat beneficium seu missa perpetua, feceruntque nobis idem Petrus unacum dicto dno Ulrico supplicari humillime, quatenus premissam donationem acceptam, utramque missam perpetuis temporibus celebrandam, ut prefertur, confirmare atque in unum beneficium sub pristino jure, presertim et quoad possessorem domus duntaxat presentandi redigere curaremus. Nos itaque Heinricus Epus prelibatus illud justum fore pro divini cultus augmentatione, ad officiumque nostrum pertinere existimantes, prefatam donationem admittimus, approbamus et unacum dictis missis ex certa Scientia confirmamus, volentes atque confirmando constituentes utramque missam tam dominicalem, quam Sabbatinam per Capellanum seu altaristam dnum Petrum predictum et ejus Successores in Capella predicta perpetuis futuris temporibus celebrari, ipsamque fieri, ut superius est expressum, inhibentes in virtute obedientie et sub interminatione maledictionis eterne, ne quis ea audeat infringere aut eis ausu temerario contravenire. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri, Sigillique Officii Vicariatus nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone tertia die mensis Novembris anno a nativitate Domini 1483.

Sigillum Vicariatus cum S. Petro in navicula adpendet.

Num. MCXVI. 1484. 8. Februarii. Ex Originali.

Concordia de tuenda libertate Ecclca etc.

Nos Franciscus prepositus, Johannes decanus, et totum Capitulum Ecclie Ratisponen. Johannes sancti Emmerami, David sancti Jacobi Monasteriorum abbates, Agnes inferioris, Sibilla superioris, Anna sancti Pauli Monasteriorum abbatisse, Johannes veteris Capelle, Michael sancti Johannis Ecclesiarum decani, Capitula et Conventus Eccliarum et Monasteriorum eorundem, Conradus commendator sci Leonardi, plebani, chorivicarii, capellani, altariste et beneficiati Civitatis Ratispon. fatemur et recognoscimus sub tenore presentium, quod, quia inter nos ex una, ac consules, proconsules et cives ejusdem Civitatis Ratisponensis de et super tuenda et conservanda libertate Ecclca, juribusque, privilegiis, et hactenus observatis rationabilibus consuetudinibus defendendis, et signanter de et super venditione vinorum ad Ecclias et beneficia nra pertinentium, vini et cerevisie sine dacia introductione seu in foro dicte Civitatis emptione, molitorum nimia exactione, cerevisie pro usu Cleri confectione, legatorum et donationum ad pios usus prohibitione, Censuum etiam et bonorum immobilium pro Eccliis emptione, ac tandem de et super Jurisdictione Ecclca et causis ad eam pertinentibus, illorum omnium ac ex eis quomodolibet emergentium, ad ea quoque connexorum occasione ex altera partibus materia differentiarum suborta, super quibus differentiis coram Revmo in Xpo patre et dno dno Heinrico Epo dicte Ecclie Ratisponensis plures habite sunt amicabilis Compositionis diete, sicut et in posterum habebuntur sub spe, dictas differentias amicabiliter componendi. Idcirco pro futuris hmoi dietis prosequendis, ac casu et eventu, quibus diete hmoi amicabilis Compositionis fructum non parerent, nobisque seu deputatis per nos infra nominatis visum fuerit, Juribus nris et libertati Ecclce expedire aput sanctam Sedem aplcam, aut aput Cesaream Majestatem, vel utrobique locorum hmoi, seu coram Judicibus et Commissariis ordinariis vel delegatis, arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus electis vel in posterum eligendis quibuscunque causam vel causas super differentiis anteactis vel earum altera agitandas sub quocunque id fieri contingeret, promisimus hinc inde inter nos ac presentibus promittimus, nos quoque sub fide prestita et sub penis infra designatis omnes et singulos firmiter obligamus, quod velimus et debeamus sub honeste conventionis vinculo invicem esse obligati, uniti, conjuncti, et confederati usque

adeo, ut non liceat nobis, seu alteri nostrorum, hoc ipsum Confederationis vinculum dissolvere et ab invicem discedere, nisi de omnium seu majoris partis per nos deputatorum infra designatorum consensu expresse desuper habito, immo nec nisi tunc demum cum communi aut majoris partis eorundem deputatorum consilio compertum fuerit et conclusum, a prosecutione cause seu causarum hmoi abstinendum, et hoc presens Confederationis vinculum fore dissolvendum; ad que omnia sub tenore presentium volumus esse firmiter obligati sub pena perditionis omnium privilegiorum et immunitatum personam cujuslibet nostrum quomodolibet respicientium, quibus se reddit contrafaciens eo ipso indignum penitus et privatum; item etiam, si penalis locum ammodo inter nos in conventionibus publicis non habeat, immo a nostro et totius cleri dicte Civitatis consortio et communione exclusus omnino habeatur. Ut autem cause et causarum sive negotiorum hmoi tractatus et prosecutio facilior et expeditior fiat, voluimus numerum in his tractantium et consulentium reddere, prout reddidimus, minorem et proinde deputavimus, constituimus et ordinavimus, deputamus, constituimus et ordinamus nostros certos et indubitatos cause et causarum sive negotiorum hmoi tractatores, actores, factores, defensores, syndicos et procuratores. Nos scilicet Prepositus et Capitulum dicte Ratisponensis Ecclesie venerabiles et egregios dominos Joannem Neunhauser juris canonici doctorem Decanum, ac dnum Conradum Sinzenhofer ejusdem juris Licentiatum, Canonicos Ecclesie Ratisponensis ejusdem; nos vero abbas sancti Jacobi et Conventus sancti Emmerami ac sancti Jacobi R. P. dominum Johannem abbatem sancti Emmerami prefectum; nos autem abbatissa inferioris Monasterii dictum dnum Conradum Sinzenhofer, et nos abbatissa superioris Monasterii dictum dnum Johannem decanum Ecclie Ratisponen. nos quidem abbatissa sancti Pauli dnum Johannem Pech, similiter Canonicum Ratisponensem Plebanum nostrum; nos Capitulum veteris Capelle dnum Johannem decanum nostrum; nos vero Capitulum sancti Johannis similiter dnum Michaelem decanum nostrum: ego Commendator sancti Leonardi prefatum dnum abbatem sancti Emmerami, nos autem plebani, chorivicarii, capellani, altariste, Beneficiati dicte Civitatis omnes et singuli, sicut antescriptis Ecclesiis subditi ac inbeneficiati sumus, ita deputamus pro parte earundem dominos deputatos supra expressos, nobis aliis omnibus in dicta Civitate Beneficiatis in illos eosdem deputatos jam expresse consentientibus, quos omnes simul presentes et onus in se hmoi sponte suscipientes constitutos esse volumus, et per-

missum est et illis omnibus sic deputatis, nostro nomine de et in premissis omnibus et singulis causis et negotiis tractandi, consulendi, faciendi, ordinandi, procurandi, concludendi, disponendi, agendi, ac nos et causam seu causas nostras hmoi in omnibus et per omnia defendendi, unum vel plures procuratorem seu procuratores, defensores et syndicos in eorum omnium seu alterius eorundem locum deputandi et substituendi, eumque vel eos iterato revocandi, et alium seu alios ponendi, impositiones etiam pecuniarias quascunque pro causarum et negotiorum prosecutione et tractatu necessarias juxta causarum exigentiam ac personarum et ecclesiarum facultates faciendi, et a nobis ac quolibet nostrum cum effectu exigendi, aliaque omnia faciendi, gerendi et exequendi, que nos ipsi personaliter facere, gerere ac exequi possemus, liberam et omnimodam dedimus et concessimus, damus et concedimus facultatem, sic tamen, ut si prenominati nostri syndici et procuratores, et causarum seu negotiorum tractatores aliquando in unam Sententiam pro hmoi varietate convenire non possent, majorum illorum partis conclusio et consilium semper prevaleat. Promittimus et omne id totum ac quicquid tractatores et procuratores hmoi nostro nomine in premissis egerint, fecerint et concluserint, nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros, omni et cuilibet juris beneficio in contrarium suffraganti (quocunque appelletur nomine) penitus renuntiato. Et si durante causarum seu negotiorum horum tractatu et prosecutione aliquem ex dictis tractatoribus, syndicis et procuratoribus (quod Deus avertat!) vità fungi seu a loco absentem aut egrotum esse contingeret, ex tunc in illius locum ex ea parte, que ipsum ordinaverat, alius pro ea vice surrogetur idoneus, ne hoc contingat obstaculo, libertatis defensionem ecclesiastice impediri. In quorum omnium fidem has inde fecimus fieri litteras authenticas Sigillorum nostri Capituli Ratisponen. Abbatum et Conventuum S. Emmerami et S. Jacobi, Abbatissarum et Conventuum inferioris, ac superioris, ac S. Pauli, Capitulorum veteris Capelle et S. Johannis, ac prefati Commendatoris munimine roboratas. Nos vero Plebani, Chori Vicarii, Capellani, Altariste et Beneficiati supra expressi, cum proprio careamus Sigillo, venerabilis in Christo Patris dni Francisci Prepositi Ecclesie Ratisponen. supra nominati per procuratorem nostrum specialiter ad id constitutum petivimus et obtinuimus pro nobis apponi Sigillum. Actum Ratispone in Curia Episcopali die 8. Februarii, anno a nativitate Dominica 1484. Indictione II. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Sixti divina providentia Pape quarti anno XIII.

Decem et octo Sigilla adpendent.

Num. MCXVII. 1484. 20. Febr. Ex Originali.

Confirmatio fraternitatis in Ecclesia parochiali oppidi Pressat erectae cum annexis Indulgentiis.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Heinricus Dei et Aplce Sedis gra Epus Ratisponen. ad perpetuam rei memoriam. Rex magnificus, qui facit mirabilia magna solus, ad hoc nos quamvis insufficientibus meritis misericorditer vocavit, ut pontificali dignitati feliciter presidentes inter ceteras sollicitudinum curas, quibus pro subditorum optata salute incessanter distrahimur, ad ea singulariter et quadam speciali prerogativa favoris simus intenti, que divine laudis augmentum et gloriam, animarumque Xpi fidelium prospiciunt remedium pariter et salutem. Sane dilectorum nobis in Xpo dnorum Ulrici Gast in Pressat, Jacobi Schalmann in Kaltenbrunn plebanorum, Johannis Pernecker in Pressat, Nicolai Reithenauer in Grafenwerd, Ulrici Herolt in Pressat, Laurentii Kalmüntzer de Eystett, Johannis piscatoris in Pressat primissariorum atque capellanorum nostre Ratisponensis Diocesis oblata nobis petitio continebat, quod ipsi nonnullique alii utriusque sexus homines ecclesiastici et seculares, diversas hujus mundi calamitates tum gwerrarum, tum pestilentie, que ex divina offensione, ut formidamus, proveniunt, alta mente considerassent, ac etiam, quod morte nil certius, et nihil incertius hora mortis existat, plurimi etiam cum se stare credunt, repentino mortis adventu cadunt ac hominem opera sua, sive bona sive mala fuerint, subsequuntur; volentes itaque ipsius hujus respectu sub spe firma, quod non confundit, diem messionis extreme bonis operibus prevenire, ac terrena in celestia, et transitoria in eterna felici commercio commutare, ad laudem et gloriam sancte et individue Trinitatis, Dei omnipotentis, superbenedicte et gloriose semper Virginis et matris Marie, et totius Curie triumphantis, nec non ob salutem et remedium animarum suarum, progenitorum et Successorum ac omnium fidelium defunctorum quandam fraternitatem de novo instituerunt, ac nonnullos articulos, capitula et statuta, secundum quos et que eadem fraternitas celebrari et peragi debet, ne ex diuturnitate temporis in oblivionem deducantur, confecerunt, ordinaverunt, et statuerunt, prout in litteris patentibus desuper confectis, ac Sigillis supra nominatorum dnorum Ulrici et Jacobi in Pressat et Kaltenbrunn plebanorum appendentibus sigillatis, et coram nobis productis, quarum tenor de verbo ad verbum inferius est insertus, vidimus plenius contineri. *Litterae fundationem,*

articulos et Statuta dictae confraternitatis continentes datae sunt anno 1484. die conversionis sancti Pauli. Et ut eadem petitio subjungebat, fuit nobis per supradictos plebanos et altaristas humiliter supplicatum, quatenus antedictam fraternitatem, articulosque, capitula et statuta pro celebratione et peractione ejusdem fraternitatis editos, confectos et ordinatos, et in presentibus litteris descriptos et contentos auctoritate nra Ordinaria approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Nos igitur Heinricus Epus supradictus attendentes, sepedictam fraternitatem, articulosque, capitula et statuta in divini cultus augmentum, honorem dei omnipotentis, et dictorum fratrum animarum salutem vergere, volentesque eorundem fratrum sepedicte fraternitatis votis et desideriis tanquam justis et rationi consonis annuere, ac ipsorum in dno commendandum propositum favorabiliter promovere, dictam fraternitatem in omnibus et singulis articulis, statutis, capitulis et punctis, prout superius est descripta, et prout eam rite et rationabiliter factam et institutam reperimus, auctoritate nostra ordinaria et ex certa nostra scientia approbamus, ratificamus et confirmamus, ac robur habere decernimus perpetue firmitatis in dei nomine et hiis scriptis, Statutis tamen et Ordinationibus auctoritate nostra Ordinaria editis atque statuendis semper salvis remanentibus, quibus per presentem nostram concessionem sive confirmationem nolumus in aliquo derogare. Ut autem dicta fraternitas eo devotius peragatur, atque congruis frequentetur honoribus, quanto munificentius stipendiis spiritualibus dinoscitur esse fulcita, Nos omnibus Xpi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui eidem fraternitati atque confratrum ejusdem devotioni, quotiens et quando in anno peragi contigerit, et signanter vigiliis mortuorum, missarum solemniis, aliisque divinis officiis interfuerint, ibique omnipotenti deo et precelse ejus genitrici Virgini Marie, ac omnibus Sanctis et Electis dei vota sua persolverint, et pro salute omnium vivorum et mortuorum devote oraverint, aut quotiens fidelis quisque de bonis sibi a deo collatis ad luminaria, ornatus et alia ad divinum cultum, dicteque confraternitatis commoditates necessaria manus porrexerit adjutrices, de omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli aplorum ejus auctoritate confisi 40 dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in dno relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem, et testimonium premissorum presentes litteras fieri, Sigillique officii Vicariatus nostri jussimus appensione communiri. Datum et actum Ratispone die Veneris 20. mensis Feb-

ruarii, anno 1484. Indict. II. Pontificatus ſsmi in Xpo patris et dni Sixti divina providentia Pape quarti anno XIII.

Sigillum illaesum adpendet.

Num. MCXVIII. 1484. 24. Aprilis. Ex Originali.

Peter Grävenreuter, Hanns Aunchover und Erhard Gravenreuter, Bürger und des Rathes zu Regensburg bekennen und thun kund als Testaments-Executoren ihres Vetters Sigmund Graners sel. weiland Bürgers und des Rathes in Regensburg, daſs dieser in seinem letzten Willen seinem Vater Hanns Graner und Dorothea seiner Mutter, dann sich und seiner Gattin Elsbeth, *) so wie allen aus ihrem Geschlechte Verstorbnen 2. ewige Jahrtäge in der Dompfarr, jedesmal mit einer gesungenen Vigil, gesungenen Seelamte und mit drei gelesenen Seelmessen, dann in der St. Cassians-Pfarrkirche ebenfalls einen Jahrtag mit drei Beimessen gestiftet, und zu diesem Zwecke aus seinem Hofe zu Altach bei Auburg der Dompfarr 1 tt. der St. Cassianspfarr aber 1/2 tt. R. dl. gewidmet habe. Peter Grävenreuter, und statt der Witib Elsbeth Veit Trainer Probstrichter in Regensburg siegelten. Datum an St. Jorgen Tag im Jahre 1484.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCXIX. 1484. 9. Maii. Ex Originali.

Dispensatio Nuntii Apostolici circa lacticinia.

Bartholomeus de Moraschis Epus Civitatis Castelli, ad Almaniam ac universa et singula provincias, civitates, terras et loca Germanie sacro Roman. Imperio illiusque Electoribus subjecta, necnon Hungarie, Polonie, Bohemie et Dacie Regna Aplce Sedis cum plena potestate Legati de latere Nuntius et orator, dilectis nobis in Xpo universis et singulis ecclesiasticis et secularibus personis utriusque Sexus in Civitate et Dioc. Ratispon. ubilibet constitutis salutem in

*) Diese starb am 2 July 1491. und hat ihre Ruhestätte in der St. Cassianskirche. Der Grabstein — Maria Heimsuchung vorstellend — hat folgende Aufschrift:

„*Anno dni 1491. starb die ersam Fraue Elisabeth Grannerin am Sambstag vor sand Ulrichs Tag, der Gott genedig sey, amen.*"

Dno sempiternam. Sincere devotionis affectus, quem ad Roman. geritis Eccliam, non indigne meretur, ut petitionibus vestris, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, apud vos non crescant arbores olivarum, que producant olivas ad conficiendum oleum, Nos, quibus sanctissimus in Xpo pater et dnus noster, dnus Sixtus divina providentia pp. IIII. incolis locorum Alman. nationis, in quibus olei copia non habetur, ut lacticiniis uti valeant, concedendi specialem per suas litteras concessit facultatem, ut eo vos devotiores exhibeatis Sedi Aplce, quo noveritis vos amplius illius gratie ubertate foveri, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis omnibus et singulis, ut vos illis, qui regularem emittunt professionem, ac incolis locorum in Dioc. Ratispon. consistentium, quibus jam a Sede predicta utendi lacticiniis hmoi est indultum, duntaxat exceptis, nisi ex devotione aut commodo horum incolarum quispiam concessione presenti uti voluerit, ad quem vel ad quos etiam eam tunc volumus extendi, quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus lacticiniorum de jure vel consuetudine est prohibitus, lacticiniis hmoi, ovis tamen penitus exceptis, absque conscientie scrupulo vesci libere et licite valeatis, constitutionibus et ordinationibus aplcis, ac omnibus illis, que prefatus sanctissimus dominus noster in dictis litteris nobis concesse facultatis voluit non obstare, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, facultatis predicte vigore auctoritate aplca tenore presentium indulgemus. Volumus autem, quod quilibet vestrum, qui indulto hmoi uti voluerit, penitentie salutaris loco teneatur singulis annis imponere in pecunia numerata in trunco posito seu ponendo in majori Ecclia Ratispon. tantum, quantum communiter in victu sit una die consumpturus, cujus due partes converti debeant pro fabrica ipsius Ecclie Ratispon. et reliqua tertia pars pro fabrica basilice principis aplorum sci Petri de urbe ad Sedem Aplcam singulis annis fideliter per vos transmitti, alioquin presentes littere nemini ex vobis aliquatenus suffragentur. In quorum fidem presentes litteras fieri fecimus et nri Sigilli appensione communiri. Dat. Ratispone anno a nativitate Domini 1484. Septimo Idus Maii, Pontificatus prefati ssmi Domini nri anno XIII.

Sigillum est avulsum.

Num. MCXX. 1485. 21. Febr.

Confirmatio papalis super dispensatione lacticiniorum.

Innocentius Epus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sedis Aplce clementia sue benignitatis ubera in fideles singulos copiosa largitate effundens non solum ipsorum animarum salutem, sed etiam corporum sospitatem desiderat, et hiis, que propterea per ipsius Sedis Nuntios provide facta fuisse dicuntur, ut firma et inconcussa permaneant, libenter adiicit aplci muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum, capitulorum Ecclesiarum et universitatum hominum et collegiorum terrarum et locorum ac aliarum personarum partium Germanie, quibus esus lacticiniorum per venerabilem fratrem nostrum Bartholomeum Epum Civitatis Castelli olim in eisdem partibus dicte Sedis cum potestate Legati de latere Nuntium est concessus, nobis nuper exhibita petitio continebat, (olim pro ipsorum parte eidem Bartholomeo Epo tunc Nuntio exposita,) quod sicut Itali, cum apud eos usus lacticiniorum hmoi parum frequentaretur, multisque esset contrarius, ab ineunte etate vino et oleo nutrirentur, ita Germani et presertim Bavari butiro, caseo et lacte, cum apud eos non crescerent olive, ex quibus oleum conficeretur, nature ipsorum esset contrarium, imo consuetudo quedam ab omnibus et presertim in partibus Bavarie frequentata inoleverat, quod quadragesimalibus et aliis diebus, quibus esus butiri et aliorum lacticiniorum est prohibitus, paucissimi tam spiritualium, quam secularium personarum cibariis oleo conditis utebantur, sed ob innatam illis ab ineunte etate vescendi lacticiniis consuetudinem, et propter oleum olivarum hmoi in partibus illis non crescentium fere omnes butiro et lacte vescantur, adeo mos ille inoleverat, quod plerique quecunque incommoda potius vellent pati, quam oleo vesci, qui neque Ecclie statutorum promulgatione, neque Confessorum informatione ab hmoi innata quasi et impressa consuetudine flecti et abduci possent, multique sepius volentes se in hoc statutis Ecclie conformare per oleorum esum desuetum et nature ipsorum contrarium, variis infirmitatibus pregravabantur, quinimo in aliquibus partibus et presertim Comitatu Hage dioc. Frising. cujus incole diebus Quadragesime preter lacticiniorum usum quasi aliud nihil habebant, quo vescerentur, plerique se Ecclie precepto subiicere volentes et ab hmoi lacticiniorum usu abstinentes, pane et aqua debilitati mortui sunt comprobati; major denique in illis partibus hominum multitudo, que paupertate et inopia premitur, non haberent, unde

sibi cibaria jejunio convenientia comparare et disponere possent, et quod propterea felicis recordation. Sixus pp. quartus, predecessor noster incolis terrarum, locorum et dominiorum dilecti filii nobilis viri Alberti Ducis Bavarie, ut dictis diebus prohibitis lacticiniis uti possent, indulserat, ac in eadem expositione subjuncto, quod si esus butiri ac aliorum lacticiniorum eis etiam cum aliquo onere concederetur, multi a variis infirmitatibus relevarentur, quibus ob lacticiniorum hmoi abstinentiam verisimiliter timendum erat gravari, necnon peccata, que contra Ecclie statuta lacticiniorum hmoi usus induxerat, evitarentur; plures denique fidelium anime, quas forte ob dictam transgressionem pati contingeret, Deo lucri fierent. Prefatus Bartholomeus Epus etiam oculata fide circa premissa informatus ipsis, ut quadragesimalibus et aliis diebus prohibitis hmoi, preterquam in ultima ebdomada Quadragesime possent et quilibet eorum posset et valeret butiro et aliis lacticiniis absque aliquo conscientie scrupulo libere et licite perpetuo vesci, plenam et liberam per diversas suas litteras successive concessit facultatem, certis tamen et diversis oneribus ut plurimum adjectis, et presertim, quod quilibet eorum, qui hmoi concessione uti vellet, teneretur loco penitentie salutaris ad truncum in dictis locis respective ad hoc deputatum singulis annis imponere in numerata pecunia tantum, quantum uno die esset pro victu verisimiliter consumpturus, quarum pecuniarum certa pars ad cameram aplcam pro Basilice principis apostolorum de urbe, et reliqua pro Eccliarum dictorum locorum fabrica transmitti et respee converti deberet, prout in litteris ipsius Bartholomei Epi tunc Nuntii desuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte universitatum, collegiorum et aliarum personarum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut concessioni predicte pro illius subsistentia firmiori robur aplce Confirmationis adiicere, aliásque in premissis oportuna providere de benignitate aplca dignaremur. Nos igitur, qui fidelium singulorum salutem mentis et corporis sinceris desideramus affectibus, hmoi supplicationibus inclinati concessionem predictam, ac prout illa concernit omnia et singula in litteris Bartholomei Epi tunc nuntii hmoi contenta et inde secuta quecunque, auctoritate aplca tenore presentium ratificamus, approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, siqui forsan intervenerint in eisdem etiam ratione sibi concesse facultatis predicte, et nihilominus ut a fidelium mentibus circa lacticinia hmoi omnis dubietas auferatur, lacticiniorum eorundem appellatione non ova, sed butirum, lac et

caseum duntaxat comprehendi harum serie declaramus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus aplcis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre Confirmationis, Ratificationis, Approbationis, Communitionis, Suppletionis et Declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli aplorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno Incarnationis dominice 1485. Nono Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

Ex Transsumpto per Notarium Curiae Romanae 1486. confecto ac Sigillo Curiae Camerae aplcae sigillato.

Num. MCXXI. 1485. 5. Martii.

Praefatio ad antiquissimum Missale Ratisbonense.

Heinricus dei et apostolice Sedis gra Epus ac venerabile Capitulum Ecclesie Ratisponensis, universis et singulis Ecclesiarum Prelatis, Canonicis, Altaristis, Capellanis, Plebanis, Rectoribus, Vicariis, Presbiteris ac Clericis per Civitatem et Dyocesim Ratisponen. ubilibet constitutis salutem in eo, qui est omnium vera salus, ac presentibus fidem indubiam adhibere. Sacrorum canonum instituta relegentes comperimus, divine majestati permaxime fore gratum atque jocundum, nos omnes utpote fratres in unum habitare in sua domo non solum consonantia voluntatum, sed et in hiis, que ad sui laudem, et honorem, nostramque salutem tendere dinoscuntur. Qua de re sancti Patres provide statuerunt, ordinem Ecclesie equaliter ab omnibus custodiri, utque clerici Ecclesiarum unum et eundem in laudibus divinis ac psalmodiis teneant modum, quem ab Episcopali Sede cognoverint ordinatum et institutum. Sic enim justum est, ut inde unusquisque regulas magisterii sumat, unde honoris consecrationem accepit, turpem censentes esse partem, que suo non congruit universo. Nos itaque certiores effecti, quod libri missales per civitatem et dyocesim Ratisponen. ut plurimum scriptorum incuria, nimia vetustate, atramenti carteque vitio aliave menda sint depravati, atque a vero ordine et rubrica Ecclesie nostre longius relegati, unde circa altaris officia sacratissimaque corporis et sanguinis Xpi misteria errores et pericula contingere, ipsosque Sacerdotes opus dni negli-

genter agere non immerito formidamus, metuentes, ne sanguis ipsorum de nostris manibus requiratur; officinam igitur artis impressorie aliunde non modicis sumptibus et expensis ad civitatem Ratispon. transtulimus atque ex verissimis et emendatissimis Codicibus hunc librum missalem imprimi, ac post impressionem caracteresque completos per viros probatissimos Chori Ecclesie nostre ministeriales ad hoc deputatos de verbo ad verbum perspici, auscultari et relegi fecimus, et ecce divino quodam numine repertus est in litteris, sillabis, verbis, orationibus, punctis, rubricis et aliis correquisitis in omnibus et per omnia cum exemplaribus, ordine et rubrica Chori Ecclesie nostre consonare, pro quo gratias agentes deo, laboris nostri fructum vobis decrevimus sincera caritate participare. Monemus ergo et requirimus vos omnes et singulos supradictos atque in dno propensius exhortamur, quatenus ad comparandum, emendum et retinendum hunc librum missalem, cujus pretium ad quinque florenos Renenses taxavimus, sollicite intendatis, ac negotiorum gestores Ecclesie seu Capelle vestre diligentius inducatis. Sed ut pro hoc ipso tam bono et meritorio opere spirituali fenus reportare valeatis, Nos Heinricus Epus prefatus omnibus vere penitentibus et confessis, *qui* in Natalis Xpi, Pasce, Penthecostes, omnium beate Marie Virginis, duodecim Apostolorum, Johannis Baptiste, omnium Sanctorum, commemorationis animarum, Patronorum, nec non dedicationis Ecclesie vel Capelle festivitatibus ex hoc libro officium misse rite dixerint, audierint seu astiterint, 40. dies indulgentiarum singulis missarum celebrationibus de omnipotentis dei misericordia, beatorumque apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi de injunctis penitentiis misericorditer in dno relaxamus. In quorum fidem et evidens testimonium nostri Pontificatus et Capituli armis et insigniis hunc librum per viros industrios Joannem Sensenschmidt et Joannem Bekenhaub dictum moguntinum opifices jussimus et fecimus impressione decorari. Datum Ratispone die 5. mensis Martii, anno domini 1485.

Num. MCXXII. 1486. 6. Julii. Ex Originali.

Herzog Albrecht von Baiern bekennet, daſs Kamerer, Rath und die Bürger zu Regensburg um merklich ihrer und der Stadt Nutz und Frommen ihm ihre Pfandschaft und alle Gerechtigkeit, so sie vom Domstift zu Regensburg an dem Schloſse und der Herrschaft Thumstauf nebst den Dörfern Reifferding, Sulzbach, Pach, Frieshaim, und was dazu gehört, auch dem Dorfe Tömling mit seiner

Zugehörung bisher lange Zeit inngehabt, versetzt, übergeben und eingeantwortet haben um 22,000 guter R. dl. laut der ihm übergebnen Pfandbriefe. Der Herzog verspricht demnach dem jetzigen und jedem künftigen Bischofe und dessen Kapitel bei seinen fürstlichen Würden, dafs, in welchem Jahre er, seine Erben oder Nachkommen vom Bischofe, oder vom mehrern Theil des Kapitels (falls kein bestättigter Bischof vorhanden wäre,) 14 Tag vor oder nach Lichtmefs gemahnet, und besagte Summe Geldes in Regensburg vom Bischofe und seinem Kapitel entrichtet würde, er, seine Erben und Nachkommen ihnen die Veste Thumstauf mit den vorgenannten Dörfern und ihren Zugehörungen wieder einantworten, somit die Wiedereinlösung auf keine Weise verziehen wolle. Wollte der Herzog, seine Erben und Nachkommen diese Pfandschaft ferners versetzen, so sollen sie alsdann verfügen, dafs dem Bischofe ein ähnlicher Versicherungsbrief, wie der gegenwärtige lautet, gegeben werde. Gegeben zu München am Pfingsttag vor sanct Margarethen Tag, des Jars, als man zählet von Christi Geburt 1486. Jahr.

Sigillum Ducis adpendet.

Nro. MCXXIII. 1486. 1. Augusti. Ex Originali.

Johann Sturm Bürger in Regensburg und Margareth seine Gattin, dann Johann Aman und dessen Gattin Elisabeth stiften in der Pfarrkirche zu St. Cassian auf dem St. Johannes des Täufers und Johannes des Evangelisten Altar ihres Seelenheiles, ihrer Vorvodern und Nachkommen, dann aller Gläubigen Seelenruhe wegen eine ewige Messe, welche der Kaplan an Sonn- und Feiertagen unter dem Pfarramte, und an jedem Mondtage zur Pfarrmefszeit zu lesen hat. Das Patronats-Recht soll ein zeitlicher Pfarrer zu St. Cassian ausüben. Die Dotation besteht in einem Weingarten zu Sulzbach, und in einer jährlichen Gült von 4 Schaff Korn aus der Vogtei zu Zaitzkofen, welche Sturm um 44 tt. R. dl. erkauft hatte. Das Kapitel zur alten Kapelle, Hanns Haiden Pfarrer von St. Cassian, und Wilhelm Altmann des Rathes und Bürger zu Regensburg siegelten. An eben diesem Tage bestättigt Bischof Heinrich diese Stiftung, und schärft dem Altaristen Gehorsam gegen den Pfarrer, und einen auferbaulichen Lebenswandel ein mit angefügter Clausel, von der Dotation nichts zu veräussern. Datum am 1. Tag des Monaths August, im Jahre 1486.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCXXIV. 1487. 1. Martii.

Hanns von Fuchsstein zu Glaubendorf, Schultheiſs zu Regensburg spricht als Obmann zwischen dem Bischof Heinrich und seinem Kapitel an einem, und dem Kloster Prül Karthäuser-Ordens am andern Theil, 1) daſs der Prior und sein Convent nach ihres Ordens Sitten, Gewohnheit und Freiheiten ohne alle Verhinderung und Betrübniſs dem allmächtigen Gott ruhig und frei dienen mögen, und daſs Bischof Heinrich für sich und alle seine Nachkommen alle Bischöfliche Herrlichkeit, Obrigkeit, Gerichtszwang, und was ein Bischof Rechtens oder Gerechtigkeit über das Kloster zu Prül, und deſswegen zu begehren oder zu fodern bisher gehabt hat, ganz aufhebe und abthue, und darauf für sich und seine Nachkommen Verzicht leiste, doch bleibt dem Bischofe die Gerechtigkeit über die Pfarrkirchen St. Veit zu Prül, und St. Martin zu Allingen vorbehalten. 2) Als eine Wiederlegung dieser aufgehebten Bischöflichen Rechte soll künftig das Kloster dem Bischofe Heinrich und seinen Nachkommen jährlich 8 rheinische Gulden bezahlen. Der Fuchssteiner siegelte mit eignem Siegel das Arbitrament, geschehen am Donnerstag nach St. Mathiastag des heiligen Zwelfboten im Jahre 1487.

Mon. Boic. XV. 207.

Num. MCXXV. 1487. 27. Augusti. Ex Originali.

Innocentius Papa VIII. Rupertum ex Ducibus Bavariae, Cantorem Ecclesiae Mogunt. in vigesimo sexto aetatis anno, ac Presbyteratus Ordine constitutum confirmat ceu Coadjutorem in spiritualibus et temporalibus Ecclesiae Ratispon. ab Epo Henrico senio confecto suique corporis viribus destituto de consilio et expresso capituli sui consensu assumptum, eoquod de ipsius litterarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione fide digna perhibentur testimonia, cum mandato annexo, ut Coadjutoriae officium, curam, regimen et administrationem exercere studeat sollicite, fideliter et prudenter, ac de quavis alienatione prorsus abstineat. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1487. VI. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Plumbum: Innocentius PP. VIII.

* Eodem die et anno Papa juxta votum et desiderium Epi Henrici ac sui Capituli decernit, quod Coadjutor Rupertus, si vacaverit Ecclesia Ratispon. cedente vel decedente dicto Epo, ceu Epus et Pastor regimen et administrationem ejusdem

Ecliae in spiritualibus et temporalibus exercere, ac munus Consecrationis ante trigesimum aetatis annum recipere possit et valeat. Datae etiam sunt Bullae consuetae ad Capitulum et Vasallos Ecliae Ratispon. necnon ad Clerum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisponensis.

Num. MCXXVI. 1487.

Praefatio ad primam editionem Breviarii Ratisbon. *)

Cum in Diocesi Ratispon. esset magna penuria emendatorum Codicum horarum canonicarum secundum Ordinationem, et ut vulgo dicitur Rubricam Ecclesiae Ratisponensis, iidemque magna ex parte corrupti ac depravati essent, Reverendissimus dnus dnus Hainricus de Absperg memoratae Ecclesiae Epus unacum venerabilibus dominis et viris Francisco Schlick praeposito, ac Johanne Neunhauser decretorum doctore, nec non Hainrico de Parsperg Seniore, totoque Capitulo Ecliae praefatae animadvertentes officii sui esse, ejusdem penuriae occurrere atque providere, ut ex facili Codices quam emendatissimi haberi possent, perindeque in eam rem intendens, ut et optime emendarentur, et emendati imprimerentur curavit. Ex auctoritate itaque et jussu suo presentes libri horarum secundum rubricam Ecliae Ratisponen. quam optime castigati impressi sunt, ut unusquisque facili assequi posset, quos antea aegre et magno precio passim habere non licuit, quorum praestantiam facile dignosces, si alios quoscunque horarum canonicarum rubricae Ratisponen. libros cum his conferes. Tu igitur, quisquis es, cui (ut officium suum recte impleat) cura ea cordi est, hos omnino tibi compara atque eos praecipuos habe. Vale.

Num. MCXXVII. 1488. 3. Maii. Ex Originali.

Papa Innocentius VIII. Ruperto Cantori Ecclesiae Mogunt. ac Coadjutori Ecclesiae Ratispon. indulget, ut durante Coadjutoris officio fructus, redditus et proventus Canonicatus et Cantoriae Mogunt. ac aliorum hmoi Beneficiorum (quotidianis duntaxat distributionibus exceptis) libere percipere valeat, quin ad residen-

*) Impressum est hoc Breviarium secundum ritum Ecliae Ratisbon. in forma, quam octavam adpellant, Augustae Vindelicorum per Erhardum Ratdolt anno 1487.

tiam teneatur, proviso tamen, quod Canonicatus et Cantoria ac alia hmoi Beneficia debitis propterea non fraudentur obsequiis, et animarum cura nullatenus negligatur, sed per bonos et sufficientes Vicarios, quibus de ipsorum Beneficiorum proventibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deserviatur inibi laudabiliter in divinis. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1488. V. Non. Maii, Pontificatus nostri anno quarto.

Plumbum: Innocentius PP. VIII.

Num. MCXXVIII. 1489. 2. Januarii.

Kaiserliches Verboth gegen die Eingriffe in das Bischöfliche Probstgericht, an den Schultheissen in Regensburg erlassen.

Ex Copia per Notarium Velber vidimata.

Wir Fridrich von Gottes genaden Römischer Kayser, zu allen Zeiten Merer des Reichs, zu Hungern, Dalmacien, Croacien etc. König, Hertzog zu Oesterreich und zu Steyr etc. tun dem, der sich nennet Hanns Fuchsstainer, vermainten Schultheissen in unser des heiligen Reichs Stat Regenspurg, und sunst allen vermainten Schultheissen, Richtern und Amptleuten daselbst und Iren Nachkommen, so mit disem unserm kayserlichen Brief ersucht werden, zu wissen, dass uns der Erwirdig Heinrich Bischove zu Regenspurg, unser Fürst und lieber Andechtiger hat fürbringen lassen, wir Ir über ettlich Person und Ennde, so on Mittel in hohen und nidern Gerichten in sein Probstgericht, das Im von uns und dem heiligen Reiche under andern seinen Regalien zu Lehen verliehen sei, gehören und dessen sein Vorvodern und er von Alter her im ruhigen Besitz gewesen und noch wäre, mit euerm vermainten Gerichtszwang zu procediren und zu volfüren understen sollet, dass Im, wo solches gestat und durch uns darein nit gesehen werden solt, an denselben seinen Regalien und Lehenschaften zu Abpruch, Verletzung und merklichen Schaden käme, und uns darauf diemütigklich angeruffen und gebetten, Im hierinn gnedigklich fürzusehen. Und wann uns nu gebürt, den egenannten unsern Fürsten von Regenspurg bei seinen Regalien zu handhaben und davon nicht dringen zu lassen, demnach gebieten wir euch von Römischer kayserlicher Macht bei Vermeidung unser und des Reichs sweren Ungnad und Straff ernstlich und wellen, dass Ir solch euer Fürnemmen on Verziehen abstellet und ferner wider desselben unsers Fürsten von Regenspurg Leute und Güter in das

obberürt sein Probstgericht gehörig mit euerm vermainten Gerichtszwang nichts fürnemet, handelt, richtet, urtailet, noch procediret, noch Jemand zu tun gestattet in kain Weis, sondern In bei seinem Stift, und die Seinen bei solchen seinen hohen und nidern Gerichten, wie von Alter herkhommen und auf ihn gebracht ist, unbeswert beleiben lasset, dadurch zu Handthabung unser und des Reichs Eigenthumb, und seiner Lehenschaft und Gerechtigkait weitere Handlung nit not werde; daran tut Ir unser ernstlich Mainung. Geben zu Innspruck an andern Tag des Monats Januari, nach Christi geburd im 1489 Jar, unsers Kayserthumbs im 37. Ad mandatum Domini Imperatoris.

Das nämliche Schreiben wurde auch an Kammerer und Rath in Regensburg erlassen.

Num. MCXXIX. 1489. 12. Februarii. Ex Originali.

Hanns Hartlieb Bürger zu Regensburg stiftet mittels eines jährlichen Zinses von 1 tt. R. dl. dem hochwürdigen Fronleichnam unsers Herrn Jesu Christi, — den er der Christenheit zur Gedächtnifs seines Leidens und Todes, und zum Heile unsrer Seelen hier auf Erden gelassen hat, und bis ans Ende der Welt vermög seiner Verheifsung bei uns bleiben wird, — zum besondern Lob und Ehre, dann für seine verstorbene Gattin Magdalena, seine Erben und Nachkommen, und für alle gläubige Seelen zwei fromme arme Schüler in der St. Cassians - Pfarrkirche, welche, wenn man das hochwürdige Sacrament, den heiligen Fronleichnam Jesu Christi zu einem Kranken trägt, vor diesem mit Fähnlein, Laternen und brinnenden Kerzen darin, in Chorröcken und braunen Kappen am Halse jederzeit gehen und singen sollen. Dafür hat der Pfarrer jedem Schüller alle Quatember vier Groschen zu reichen. Nach der Rückkehr vom providirten Kranken in die St. Cassianskirche soll der Priester, nachdem er das gewöhnliche Gebeth für den Kranken verrichtet hat, laut sprechen: Nun wollen wir auch ein Ave Maria für den bethen, der diese Procession gestiftet hat. Hartlieb und der Regensburger Stadtkammerer Leonard Portner siegelten. Datum am 12 Hornung im Jahre 1489.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCXXX. 1490. 18. Februarii. Ex Originali.

Henricus Epus Ratispon. confirmat missam perpetuam a Margaretha relicta quondam Johannis Spies de Amberga in capella sancti Sebastiani extra muros oppidi Ambergensis fundatam et dotatam, accedente tutorum et curatorum suorum ad id expresso consensu, prout in fundationis litteris patentibus ac Sigillis nobilium et providorum Stephani Eschenbegken in Amertal, et Heinrici Scharffenberger zum Gerbershofe, necnon Heinrici Baumbgartner et Johannis Castner de Weiden adpendentibus sigillatis continetur. Jus patronatus reservatur Magistro et consulibus oppidi Amberg, et capellanus missae hujus diebus festivis in officio et processione, in primis et secundis Vesperis superpelliciatus juxta morem aliorum capellanorum in Choro stare, honeste, decenter et sacerdotaliter se regere, ipsamque missam juxta modum et formam fundationis inofficiare tenetur. „In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes Litteras exinde fieri ac Sigilli Vicariatus nostri, quo in talibus utimur, jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Ratisponae sub anno a nativitate Domini 1490. Indictione VIII. die vero Jovis 18. mensis Februarii, Pontificatus ſsmi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii divina providentia Papae VIII. anno sexto." Ad mandatum dni Epi Ratispon. Jo. Velber Notarius Vicariatus ſs.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCXXXI. 1490. 26. Aug. Ex Originali.

Bischof Heinrichs Stiftung dreier Wochenmeſsen und eines Jahrtages auf St. Barbara Altar in Dom.

Wir Heinrich von Gottes genaden Bischove zu Regenspurg bekennen offenlich mit dem briefe für uns und unser Nachkomen vor Meniglich, das wir zu Hertzen genommen und betracht haben die unerschetzliche Gütikeit des allmechtigen Gottes, so nit allein das menschlich geslecht mit Vernunft, maniger Gutat und Gaben miltigclich begabt, sondern auch, das er umb des verschulten Tods willen seinen aingebornen Son herabgesendet und mit desselben pitern marter widerumb erlöst und barmhertzigclich zu gnaden aufgenommen hat, des wir dankpar ze sein nit unbillig bewegt werden, und das auch darumb das lob seiner ungetailten Drivaltigkait und unaussprechlichen Almechtigkait zu sampt dem Lobe der werten keuschen Junkfrauen Marie, seiner lieben Muter und die Ge-

dechtnifs aller geläubigen Seelen gemert, und was vorhero des zu volfüren mit Stiftung fürgenommen wäre, das dester vleissiger und bestendtlicher dasselb volbracht müge werden: So ist unser Meynung und Will in kraft des briefs, das ain jeder Capplan des Altars sand Barbara in unserm Tumstift alhie under gewondlicher Fruemefszeit alle Wochen ewigclich on Abgang lesen oder lesen lassen sol 3 Messen, die erste von allen geläubigen Seelen am Montag, so ferne er des von eines andern Festes wegen nit verhindert wirdet, sunst negsten Tags darnach; di andere von dem Himelfürsten sand Peter, unserm Patron, wan das in der Woche luge hat, und die dritte von unser lieben Frauen am Sambstag, oder wan sunst ir Lob und Gedechtnifs im Chor gehalten wirdet, und in jeder Messe für den Stifter im Leben mit einer Collect - Pretende -, und nach seinem Tode mit einer Collect pro Sacerdote biten, ausgenommen die Marterwochen, darin das Leiden unsers Herrn Jesu Christi betracht werden sol. Sofern aber sunst der Messen aine oder mehr abgebrochen und versäumt würden, sodann ist derselb Capplan in die Gusterei unsers Tumstifts allhie zum Licht, als oft das geschieht, 6 R. dl. sträflich worden, die er auf Ansinnen des, dem die Gusterei alsdann bevolhen ist, on Widerred herausgeben soll. Er soll auch jerlich ainem würdigen Capitel oder irem Ambtmann des Thumbs hie zu Regenspurg su sein selbst Handen raichen und geben zu Presentz und einem ewigen Jartag 12 Schilling dl. di sollen auf die Tumbherrn und Vikarien daselbst nach Gewonhait des Stifts getailt werden. Mer soll er derselben Zeit umb 15 Messen, so under dem Selambt gelesen werden, den Briestern geben 60 dl. den Fronambtern und iren Mitgewonten umb die Collecten und Opfer 16 dl. den Mefsnern für das Geleute und Opferwein 14 dl. umb die Kertzen und Liecht, so ze Nachts zu der Vigil und ze Morgens unter dem Selambt prinnen und aufgesteckt werden, 10 dl. Mer armen Leuten 8 dl. jedem 1 hl. Mer für seine Mühe, das Geld also, wie vor begriffen, auszugeben, 12 dl. alles Regenspurger und Landeswerung, macht in ainer Summa 2 tt. dl. in jetztgenannter Werung. Auch soll solcher Jartag Gott dem Allmechtigen und seiner lieben Muter Maria zu lob und allen geläubigen Seelen ze Hilf järlich alwegen nach Michaelis an St. Jeronimus Tag gehalten werden, und so derselbe auf einen Sonntag gefiel, an dem negsten Tag darnach, und so ein Capplan in Ausgebung des genannten Gelds, damit unser Fürnemen und Stiftung zu hindern, lefsig sei, so mügen ain würdiges Capitl oder ir Anwäld das Geld von im als von

andern iren Zinsleuten einbringen und dann mergenannten Jartag, wie vor, volziehen lassen. Damit ain jeder Capplan des gerürten Altars die obgerürten Messen also volbringen und ausrichten müge, so haben wir wolbedechtigclich mit guten Willen demselben, der den genannten sand Barbara Altar innhat oder hinfüran künftig wirdet, vermeinet, zugeaigent, und frey ledigclich geben und vermacht on alles Widerrufen, und tun das auch hiemit in kraft des briefs und in allerbesten massen und form, wie das die Rechten erhaischen zu geben und erleiden mügen, 7 Schaff getraids halb Korn und halb Habers Regenspurger Mass innhalt des Kaufsbriefs, darumb von dem gestrengen, unserm lieben Vettern hrn Wolfen von Parsperg Ritter aufgericht, und tun sie derselben Gült also ganz gewaltig, das die ein jeder Kaplan des mergenannten Altars sand Barbara mag und soll hinfüran ewigclich on unser, auch unser Nachkomen und Mennigclich von unsern wegen Irrung und Verhindernifs einnemen, nutzen und gebrauchen, dergleichen die 2 tt. Jartaggelds auch empfahen. Zu wahrer Urchund und stäter Volziehung dieser sachen haben wir unser grosses Bischöfliches Insiegel hieran hangen lassen. Geben und geschehen zu Regenspurg an Pfingtztag nach Bartholomei und Christi unsers lieben Herrn Geburde im 1490 Jar.

Sigillum Epi adpendet.

Num. MCXXXII. 1491. 27. Jan. Ex Originali.

Bischof Heinrich widmet zum Beneficium S. Barbarae in der Domkirche eine jährliche Gült von 7 Schaff Getreid, und für seinen Jahrtag einen jährlichen Zins von 2 tt. dl.

Wir Heinrich von Gottes genaden Bischove zu Regenspurg bekennen offenlich mit dem brief, wo der fürkümbt oder verlesen wirdet, als wir recht und redlich aus ainem Hofe zu Hägkenhofen in Parsperger Herrschaft gelegen, darauf jetzo Ulrich Widman sitzt, 7 Schaff Getraids halb Korn und halb Habers Regenspurger Masse, und mer 2 tt. R. dl. aus Schramppaumer Hofe allhie in der Stat gegen sand Pauls über gelegen, alles jerlicher Gült und Zins innhalt der brief und Revers darumb ausgangen auf einen ewigen Widerkauf gekauft haben, das wir dieselben Traidgült mit rechtem Wissen und wolbedachtem Muet vermaint, geordent und

gegeben haben, vermeinen, orden und geben die auch hiemit und in kraft des briefs zu 3. ewigen unableslichen Messen, die hinfüran alwegen wochenlich auf dem Altar der heiligen Junkfrauen sand Barbara in unserm Tumstift des heiligen Himelfürsten sand Peters unsers Patronen sollen gelesen und volbracht werden, und die ein jeder desselben Altars Kaplan und Inhaber zur Ergetzlichkeit darumb hinfüran zu ewigen Zeiten on unser, unser Nachchomen und allermennlich Irung, Eintrag und Ansprach sol einnemmen und zu sein selbst Nutz anlegen und gebrauchen, auch die 2 tt. R. dl. zur Volbringung eines Jartags, den wir verordent haben, jerlich empfahen, auch nach Innhalt der Briefe desshalb aufgericht und verhanden. Wir setzen auch einen jeden obgerürts Altars Capplan gemelter Gült aller, nichts ausgenommen, jeder nach seinen staten und Gelegenheit in rechte stille Nutz und Gewere aus unser, auch unsers Stifts und Nachkomen Nutz und Gewere, der wir uns also hiemit gantz und ploslich verzeihen, alles getreulich on Gevärde, zu Urchundt mit unserm aigen anhangenden Insigel besigelt und geben zu Regenspurg am Pfintztag nach Conversionis Pauli, und Christi unsers lieben Herrn Geburde im 1491 Jar.

Sigillum Epi appendet.

Num. MCXXXIII. 1491. 12. Februarii.

Anno et die notatis Liber obsequiorum seu benedictionum (Rituale) secundum ordinem et ritum almae Ecclesiae Ratisponen. industria et impensis Georgii Stuchs de Sultzpach Nurnbergae impressus ac feliciter finitus fuit, cui ad finem hoc adjectum est monitum:

" Ecclesiam dei ex unione fidelium fore aggregatam, nemo dubitare debet. Vere autem fideles dicuntur, qui baptismatis unda loti Christi fidem imitantur; Pontificum vero, qui summam curam fidelium habent, officium est, ut fideles ipsos in fidei unitate per debitum ecclesiasticarum cerimoniarum ritum instruant, edificent et preservent, cui rei obsequiorum sive benedictionum Liber uniformis maxime conducere facile perpendi poterit. Hoc etiam Reverendissimus in Christo pater et dnus, dnus Heinricus de Abspergk Ecclesie Ratisponensis presul benemeritus pastorali officio admonitus perpendens, de consensu capituli sui penurie librorum obsequialium sive benedictionalium, ex quo sacerdotali misterio fidei unitas salutare

sumit presidium, subvenire volens, hunc obsequialem Librum studiosius secundum Ordinationes et Constitutiones sanctorum Patrum in bono ordine collectum preclara arte imprimi voluit, cujus insolita magnitudo neminem queso tediosum faciat, nec suo pondere cuiquam fastidium generet, cum pro omnibus benedictionibus, reliquisque cerimoniarum observationibus per circulum anni necessariis et usitatis emendatissime tanquam originale semper servandum collectus et compositus est, ex quo quisquam, cui magnitudo illius forsan fastidiosa foret, sibimet pro quotidianis benedictionibus et Sacramentorum administrationibus manu propria Codicillum extrahere poterit volubilem, suo sinu in necessitate gestandum.

Num. MCXXXIV. 1491. 10. Martii.

Henricus Epus Ratisponensis committit Wolfgango Heimstägkl Professo in Ror, ut die dominica seu festiva in ambone superstitiones et divinationes plebis inhibeat et per alios plebanos inhiberi faciat; rebellis et in suo errore perseverans ad Epum invocato etiam brachio saeculari tanquam de haeresi suspectus transmittatur. Datum Ratisponae die 10. mensis Martii, anno Domini 1491.

Mon. Boic. XVI. 241.

Num. MCXXXV. 1491. 25. Junii.

Henricus Epus Ratisponensis suae mentis oculos ad Monasterium Schamhaupten ordinis Canonicorum regularium direxit intimis praecordiis affectans, quod tam devotus locus ex incuria inhabitantium ad desolationem tendens, in spiritualibus et temporalibus reformetur et refloreat; hinc statuit, quod Canonici regulares reformati Monasterii Rebdorfensis introducantur et Capitulo Windesheimensi subiiciantur quoad regulam et disciplinam. Datum Ratisponae die 25. mensis Junii, anno Domini 1491.

Mon. Boic. XVII. 387.

Num. MCXXXVI. 1492. 24. Oct. Ex Originali.

Citatio Cleri dioecesani Ratisbonam ad audiendas quasdam Ordinationes loco Statutorum synodalium.

Rupertus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Bavarie Dux, postulatus et confirmatus Ecclesiae Ratispon. Epus. Universis et singulis Dnis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, caeterisque Praelatis Monasteriorum, et Ecclesiarum tam Collegiatarum, quam regularium Rectoribus, necnon Decanis et Vicedecanis ruralibus per Civitatem et Diocesin Ratisponensem ubilibet constitutis, ad quos praesentes litterae nostre pervenerint, salutem in Domino. Pastoralis cura sollicitudinis, ad quam nuper divina disponente clementia assumpti sumus, inter caetera nos admonet, ut clero et populo nobis a Deo creditis per salutarium Statutorum ordinationes paternasque admonitiones sic solerter invigilemus, quod aequissimo Judici, — ante cujus conspectum stabimus omnes, recepturi, prout in vita gesserimus, — optatam valeamus reddere rationem; ad quas quidem ordinationes promulgandas sanctae Synodi celebratio dudum dilata apprime necessaria creditur, cujus quidem celebrationem salutiferam totis affectibus desideramus quantocius instituere, sed temporis malitia causante, quod mente concepimus, hmoi Synodi celebrationem commode perficere nunc non valemus, et in aliud potius tempus differre cogimur. Ne autem ex dilatione Synodi praefatae in sollicitudine pastorali tepidi judicemur, praehabito maturo consilio nostrorum deliberavimus, nonnullas Ordinationes, — quas usque ad proximam Synodum, vel saltem usque ad expressam revocationem nostram durare cupimus, — vobis proponere nostro judicio apprime utiles, et nihilominus nostrae Ecclesiae necessitati accomodas. Quare vos et quemlibet vestrum tenore praesentium evocamus, vobisque et vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae praecipiendo mandamus, quatenus feria IV. post festum sancti Martini proxime futura mane hora Primarum in Aula nostra Episcopali Ratisponae personaliter compareatis et quilibet vestrum compareat, Ordinationes hmoi audituri, et super eisdem aliisque nostris incumbentibus necessitatibus tractaturi et consulturi, prout aequitas imminensque nostra suaserit necessitas. Datum Ratisponae sub Sigilli Vicariatus nostri appressione die 24. mensis Octobris, anno Dni 1492.

Cum Sigillo Vicariatus intus impresso. Joan. Velber Notar. ss.

Num. MCXXXVII. 1492. 14. Novembris. Ex Diplomatario.

Ordinationes Epi Ruperti II. Clero dioecesano anno et die notatis congregato propositae.

Rupertus dei gratia Comes Pal. Rheni, Bavariae Dux, postulatus et consecratus Ecclesiae Ratispon. Epus. Inter sollicitudines curae pastoralis haec potissimum nostrum exagitat animum, ut talentum nobis creditum providá consideratione sic dispensemus, quatenus gregem nobis commissum illi aptum reddamus, qui aliquando post redditam rationem villicationis etiam sanguinem subditorum de nostris requiret manibus, nisi eisdem subditis scelera eorum juxta Prophetae vaticinium indicaverimus. Cogitantibus igitur nobis de modo salubriori, per quem saluti subditorum in vitiorum evulsione, scandalorum prohibitione et virtutum plantatione consuli possit, convenientiorem nullum reperimus, quam generalis Synodi celebrationem, in qua de singulis pro laude Dei et communi omnium utilitate conducentibus in nostra praesentia et publica omnium Congregatione post septiformis Spiritus invocationem per Statutorum synodalium innovationem ac per paternae nostrae voluntatis declarationem tractaretur. Ad ejus quidem Synodi celebrationem tanto fervidiori anhelamus animo, quanto eandem credimus communi omnium utilitati magis proficuam. Verum cum pensatis temporum conditionibus aliisque evidentissimis et rationabilibus causis hmoi Synodi celebratio pro nunc institui per nos non possit, ne crastinatio et mora ejusdem dispendium afferant, nonnullas Ordinationes, quas usque ad Synodum generalem per nos celebrandam vel saltem usque ad expressam nostram revocationem durare volumus, praehabito consilio nostrorum vobis notificandas duximus, — quas et praesentium tenore insinuamus, — volentes, ut singula in eis contenta, prout unumquemque respective concernunt, sub poena gravis indignationis nostrae inviolabiliter observentur. Inprimis volumus, ut Statuta provincialia nuper per Revmum Patrem, Dnum et amicum nostrum Archiepiscopum Salzeburgensem in Synodo provinciali et oppido Müldorf (anno 1490. Vid. Dalham p. 242 - 275.) edita *) in suo robore permaneant, quibus nostris praesentibus Ordinationibus derogare non intendimus. Insuper, quia nostrae mentis est, animarum saluti consulere et nihilominus liber-

*) Continent 48 titulos seu Capita, et praesentes erant oratores seu procuratores Epi Ratisponensis Henrici IV.

tatem ecclesiasticam pro posse, — ubicunque ratio suadet, — defendere, experientia autem docente cognovimus, nonnullos laicorum etiam in dignitate Saeculi constitutos, cum quibus aliquando de libertate ecclesiastica conservanda hucusque sermo erat, pro sui excusatione frequenter notorios excessus clericorum obiecisse: ut igitur per hoc culpam violatae ecclesiasticae libertatis in clericos occasionaliter retorquere vellent, cui excusationi obicem, quantum in nobis est, ponere cupientes, omnes et singulos Clericos nostrae Diocesis, quacunque praefulgeant dignitate, in Domino paterno affectu hortamur, ut a quibuscunque notoriis et manifestis excessibus abstineant, concubinas non teneant, a fornicatione quacunque se contineant, tabernas non intrent, in publico non ludant, ad solemnitates nuptiarum, etsi invitati fuerint, non veniant, neque ad peractiones defunctorum, ac ad dedicationes et patrocinia Ecclesiarum et Sanctorum suspectas mulieres non ducant, vino usque ad ebrietatem aut mentis alienationem non se ingurgitent, et generaliter in morum honestate tales se exhibeant, ut de vita et moribus ipsorum nemo scandalizetur; et qui inobedientes (quod absit,) reperti fuerint, qui hanc nostram monitionem spreverint, nec ei obtemperaverint cum effectu, ne ipsorum mala et turpis vita impunita permaneat, tenore praesentium certificamus eosdem, quod ad declarationem nobis factam contra eos ad poenas juris et Statutorum provincialium ac synodalium tali severitate procedemus procedique faciemus, ut poena unius caeteris innotescat in exemplum. Committimus etiam Decanis ex nunc, ut manifestos excessus clericorum per monitionem fraternam, per delationem (si opus sit,) aut per quamcunque viam magis accomodam compescant, dantes eis hisce facultatem, ut etiam per cohertionem, prohibitionem aut punitionem praefatos manifestos excessus compescere possint, quorum etiam cohertiones, siquas intentare statuerint, ratas et gratas habebimus, eisque per manutentionem gestorum modo praefixo efficaci praesidii auxilio assistemus. Item ut vitium concubinatus, quod caeteris delictis clericos magis scandalizat, celerius a nostra pellatur Diocesi, sub poena gravis indignationis nostrae, et nichilominus sub mulcta 30 floren. mandamus omnibus Rectoribus et Beneficiatis Ecclesiarum et capellarum seu altarium nostrae Diocesis, ne quis de caetero manifesto concubinario locet aut quomodocunque committat Ecclesiam vel Beneficium suum. Sub poena et mulctis eisdem mandamus omnibus Rectoribus et Vicariis parochialium Ecclesiarum, ne quis de caetero sumat in Cooperatorem divinorum hmoi concubinarium manifestum, vel jam assumptum sub eadem

poena post festum Purificationis futurum retineat. Item prohibemus snb poena excommunicationis, nequis de caetero in Monasterio, Ecclesia vel Capella, cui praeest, admittat clericum ignotum ad celebrationem divinorum, nisi prius visis formatis suis, si clericus saecularis, vel nisi prius constiterit de licentia sui Superioris, si regularis sit. Ut de caeteris ad curam animarum et exercitium administrationis Sacramentorum ecclesiasticorum clerici discreti, docti ac bonae famae, valentes discernere inter lepram et lepram, causam et causam, assumantur, mandamus, ut nullus clericus etiam nostrae Diocesis, alibi tamen ordinatus, qui usque in hunc diem in nostra Diocesi ecclesiastica non administravit Sacramenta, assumatur in Vicarium alicujus Curae, nisi prius per Vicarium nostrum generalem examinatus et admissus fuerit, contravenientes poena condigna puniemus ea discretione, ut poena unius caeteris innotescat in exemplum. Quia Evangelista testante bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis, mercenarius autem cum viderit lupum venientem, fugit et dimittit oves, lupus vero rapit et dispergit oves, apprime opportunum judicamus, ut Rectores Ecclesiarum in Parochiis suis personaliter resideant, et gregi suo non per mercenarium invigilent; ideoque tenore praesentium omnes Curatos nostrae Diocesis hortamur, ut de caetero personaliter resideant, et siqui rationabilem causam abessendi praetendant, hanc nobis aut Vicario nostro generali exponant, recepturi indultum et terminum absentiae eis praefigendum, si alias causa rationabilis sit. Vicario autem nostro in Spiritualibus generali et Vicariatus Officii Notario tenore praesentium expresse adimimus facultatem, dandi licentiam abessendi a Beneficio curato sine causa, sed licentia abessendi detur duntaxat causá cognitá, si legitima existat: Vicarii autem, qui per Rectores Parochiae locantur, de administratione Sacramentorum ecclesiasticorum et cura animarum nullatenus se intromittant, nisi prius regimen populi et cura animarum eis commissa fuerit, transgressores poena canonica et gravi puniemus. Volumus insuper, ut Suffraganei et Vicarii nostri in Pontificalibus, cum ad loca nostrae Diocesis, quaecunque sint, pervenerint et juxta formam mandati per nos sibi traditi ea visitare voluerint, Ordinationibus circa ornamenta Ecclesiae munde conservanda, et ecclesiastica Sacramenta in debita veneratione habenda et custodienda obediatur, si nostram voluerint evitare indignationem. Quia circa testamentorum executiones multi, quod dolentes referimus, de mala aut saltem tarda executione culpantur, hac nostra Ordinatione mandamus, ut Statutum synodale de praesentando testamento, de admissione testa-

mentariorum et de ſaciendo calculo ab eisdem per Dnum Rupertum ex Ducibus Bavariae progenitum, Praedecessorem nostrum felicis memoriae editum et in suis Statutis sub titulo de Testamentis locatum in futurum sub poena in eodem Statuto contenta observetur. Volumus insuper, ut Decani per Decanatus suos, cum clericum mori contigerit, auctoritate nostra ponant arrestum in bona relicta, ut haec minus diſsipentur, et illud arrestum absque nostra licentia aut Vicarii nostri non relaxent, ubi clericus intestatus decessit; ubi vero constiterit, clericum testamentum condidisse, poterunt hmoi arrestum relaxare ad petitionem testamentariorum, ita tamen, ut quantocius hmoi Testamentum nostro praesentent Vicario, confirmationem et admissionem ejus petituri. Datum Ratisponae die 14 mensis Novembris, anno Domini 1492.

Num. MCXXXVIII. 1492. 17. Novembris. Ex Originali.

Rupertus dei gratia Comes palatinus Rheni, Bavariae Dux, Postulatus et Confirmatus Ecclesiae Ratispon. confirmat missam perpetuam, quam Wilhelmus de Raidenbuch in Stefling laicus de bonis sibi a Deo collatis in remedium animarum suae, Progenitorumque et Successorum suorum, ac omnium fidelium vivorum et defunctorum ad capellam in Granswang Parochiae See fundaverat, ac censibus et proventibus annuis dotaverat, retento sibi suisque haeredibus et sucessoribus jure patronatus seu praesentandi capellanum idoneum. In quorum fidem presentes litteras exinde fieri, Sigillique Vicariatus nostri, quo ad praesens uti placuit, jussimus appensione communiri. Datum Ratisponae die 17. mensis Novembris, anno dni 1492.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCXXXIX. 1492. 26. Nov. Ex Originali.

Kaiserliche Erklärung, das Probstgericht, und das Schloſs zu Stauff betreffend.

Fridrich von Gottes gnaden Römischer Kayser etc. Dem erwirdigen Ruprechten Bischoven zu Regenspurg, unserm Fürsten und lieben Andechtigen. Erwirdiger Fürst, lieber Andechtiger! Wir haben dein Schreiben uns getan, das Probstgericht in unser und des heiligen Reichs Stat Regenspurg berürend, vernommen, und sein wol geneigt, daſselb Probstgericht bei altem Herkumen und Ge-

brauch beleiben zu lassen. Uns haben aber Camerer und Rate derselben Stat Regenspurg allerlai Ursachen, warumb das diser Zeit zu halten uns und dem heiligen Reiche nachtheilig und schedlich sein sull, zu erkennen geben, dadurch wir bewegt werden, auf solch dein Schrift dissmal still zu steen, doch nicht der Meynung, dir, noch deinem Stift nichts, so dir rechtlichen daran zugehört, damit zu benemen, noch in die Leng zu verziehen, sunder unsern Reten, die wir kürzlich gen Regenspurg schickhen, bevelhen, dich und di Stat darumb in Ru zu setzen. Dabey hat auch unser kayserlicher Protonothari Johann Waldner eines Reversal des Sloss Stauff halben von deinen wegen mit uns geredt, des sein wir willig unserm Erbieten nach nechstmals darumb gegen dir beschehen, wan wir dasselb Sloss bei unsern Handen haben, zu geben, das wellest im besten versteen, dann wir dir und deinem Stift in dem und andern mit Gnaden geneigt sein. Geben zu Linntz am Eritag nach sand Katherinen Tag, anno dni 1492. unsers Keyserthumbs im 41. Jahre. Ad mandatum dni Imperatoris proprium.

Sigillum est a tergo impressum.

Num. MCXL. 1493. 18. Febr.

Rupertus Epus Ratisponensis committit Wolfgango Heimstöckl Professo in Ror, ut in locis Monasterio Ror spiritualiter seu temporaliter subjectis divinos, sortilegos et maleficos ac eorum participes evocet et inquirat, eosque sub Excommunicationis poena ad abjurandum errores suos cogat et compellat, ac rebelles tanquam de haeresi suspectos ad Epum transmittat, invocato etiam, si opus fuerit, brachio saeculari. Datum Ratisponae die 18. mensis Februarii, anno Domini 1493.

Mon. Boic. XVI. 243.

Num. MCXLI. 1493. 11. Aprilis. Ex Originali.

Rupertus Epus Ratispon. confirmat Hospitale pauperum in Pattendorf, a Joanne Ebrone de Wildenberg milite et uxore ejus Barbara, filia strenui militis Wilhelmi de Paulsdorf in Chürn fundatum et dotatum. Litterae fundationis sunt munitae Sigillis fundatorum, ac Henrici Ebronis de Wildenberg, necnon Joannis de Paulsdorf in Chürn et Falkenfels fratris supradictae Barbare; litterae

autem Confirmationis sunt roboratae Sigillo Vicariatus, et datae Ratisponae die Jovis post ferias paschales, anno Domini 1493.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Anno 1498. idem Ebron de Wildenberg ad dictum Hospitale fundavit etiam Beneficium, quam fundationem Epus Rupertus eodem anno confirmavit.

Nro. MCXLII. 1494. 22. Maii. Ex Originali.

Rupertus Epus Ratispon. Comes Palatinus Rheni cum consensu Friderici de Wirsperg plebani Ambergae confirmat missam perpetuam in altari sanctae Catharinae Virginis, (quod vulgariter altare piscatorum adpellatur,) in Ecclesia parochiali sancti Martini ibidem, quam Joannes Forster senior, civis Ambergensis fundavit. Datum Ratisponae die 22 mensis Maii, anno Domini 1494.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCXLIII. 1495. 10. Octobris.

Anno et die notatis per Magistrum Johannem Pfeil civem Bambergensem impressum diligenter ac finitum fuit Breviarium secundum usum et ritum almae Ecclesiae Ratisbonensis in folio majori, constans duabus partibus, scilicet hyemali et aestivali, ac exhibens Insignia Epi Ruperti, cui praefixum est hoc monitum:

Hominis unius vires, etas, vita, agilitas, labor et diligentia olim vix sufficiebant ad Voluminis unius studiosam completionem; quippe multos in Voluminis unius exaratione rationis usum perdidisse accepimus ac in miserabilem devenisse dementiam. Nunc vero jocundo ac hilari animo magna Codicum multitudo brevi temporis spatio per impressoriam artem fieri potest, unde tanti beneficii munus post virium humanarum decrescentiam ex visceribus misericordie dei ad nos usque pervenisse nemo ambigere debet. Demus igitur laudem, gratiasque agamus ampliores altissimo deo, etiam ex hoc preclaro canonicarum horarum opere diligenter castigato, quod ipse ejus artis medio ac sagaci ministerio Magistri Johannis Pfeil Civis Bambergensis nobis tam subtili tamque lucido et cognoscibili caractere omnibus absque fastidio expedite legendum communicari voluit, ita, ut nemo librorum penuria aut figurarum involutione fictam adducere valeat rationem, quo minus expleto matutinali officio etiam pensum,

videlicet Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperasque et Completorium persolvat. Expleamus itaque nostro officio incumbentia, quo sempiternam unacum nobis commissis attingere valeamus beatitudinem, quam conditor ipse rerum deus noster nobis feliciter tribuere dignetur, amen.

Num. MCXLIV. 1496. 21. Martii. Ex Originali.

Stiftung einer ewigen Bruderschaft - Messe in Pressat.

Die Bürgermeister und der Rath des Marktes Pressat bekennen, daſs ihre Vorvodern p. m. zu Lob und Ehren der seligsten Jungfrau Maria eine löbliche Bruderschaft in der Pfarrkirche zu Pressat angefangen und gemacht haben, welche vom Bischofe zu Regensburg im Jahre 1484. bestättigt wurde. Das Einkommen dieser Bruderschaft wäre nun so weit gediehen, daſs eine ewige Messe auf dem Altar der 14. Nothhelfer in besagter Pfarrkirche durch die Brüder und Schwestern der Bruderschaft konnte gestiftet werden, so, daſs der Altarist, — der alle Feiertage, auch im Advent und in der Fasten zu predigen hat, — ein genügendes Einkommen *haben* wird. Dieses wird auf einige Häuser in Pressat als jährlicher Zins gegründet, und beträgt baare 30 fl. 15 kr. Damit aber der Kaplan seine ehrliche Nahrung beibehalte, wird er vom Magistrat auf eine liberale Weise steuerfrei erklärt. Der Kaplan hat die Obliegenheit, alle Donnerstage zu der Frühmeſszeit, damit alle Tage Frühmeſs gehalten werde, Meſs zu singen, die andern Tage aber unter der Tagmesse, doch dem Pfarrer und der Pfarr ohne Schaden. Auch soll er dem Pfarrer in allen ehrlichen und ziemlichen Dingen gehorsam seyn, ihm in der Kirche zu heiligen Zeiten bei der Vesper, Metten, Messe und andern Tagzeiten, die in der Kirche gesungen werden, nach Gewohnheit der Kirche helfen singen und beistehen. Die Bruderschaft soll den Kaplan benennen, und der Magistrat soll selben dem Bischofe präsentiren. Der Brief wurde gesiegelt mit dem Marktsinsiegel, und gegeben am Tage Benedicti in der heiligen Fasten, im Jahre nach Christi unsers lieben Herrn Geburt 1496.

Sigillum integrum adpendet.

Num. MCXLV. 1496. 4. Junii.

Rupertus Epus Ratisponensis, Comes Pal. Rheni et Dux Bavariae concordiam init cum fratribus Carthusiensibus in Prül noviter introductis, vi cujus prae-

fati fratres praesentes et futuri secundum eorum ritus, mores et consuetudines ac privilegia possint et valeant libere et quiete vivere ac Deo servire, pro omnibus tamen juribus Episcopalibus, — quibus Rupertus Epus renuntiavit, — annuatim perpetuis temporibus in recompensam illorum Epo Ratisponensi octo Florenos Renenses persolvant, salvis Epo juribus quoad Parochias Prül sancti Viti, Allingen S. Martini, et Talmässing ratione primariorum fructuum, cathedratici, et aliorum jurium Eplium instar aliarum Ecclesiarum parochialium Diocesis Ratisponensis. Datum et actum Ratisponae 4. mensis Junii, anno Domini 1496.

Mon. Boic. XV. 220.

Num. MCXLVI. 1497. 9. Junii. Ex Originali.

Barbara von Paulsdorf, Aebtissin zu St. Paul in Regensburg bekennt und thut kunt, dafs ihre Vorfahrerin Anna von Seckendorf sel. in ihrem Testamente verordnet habe, auf dem Kreutzaltar zu St. Paul eine ewige Messe zu stiften, zu welchem Zwecke Sigmund Laydrant Pfarrer in Kallmünz einen Beitrag zur Dotation machte. Der Kaplan hat jährlich 32 fl. nebst einer Getreidgült zu beziehen, und dafür in jeder Woche fünf Messen zu lesen. Die Aebtissinn Barbara nebst ihrem Kapitel reversirt sich gegen die Testaments-Executoren, den Abt David von St. Jacob, und Johann von Luchau Pfleger in Kallmünz, der Stiftung genau nachzukommen. Bischof Rupert bestättigt diese Stiftung, und erklärt, dafs das Patronats-Recht derselben einer zeitlichen Aebtissin zustehen soll. Datum Regensburg am 9 Juny 1497.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCXLVII. 1499. 17. Julii.

Bischöfliche Belehnung des Abtes zu Monsee.

Wir Ruprecht von Gotes genaden Bischove zu Regenspurg, Pfalentzgrave bei Rein, Hertzog in Baiern etc. bekennen, und tun kundt offenlich mit dem briefe. Als der würdig in Got, unser lieber andechtiger und getreuer Wolfgang, Abt des Gotshaus Mannsee für uns kommen und anbracht hat, dafs er in seines Gotshaus Urkunden gefunden, dafs ein jeder neuer angeender Abt und Prälat des gedachten seines Gotshaus Mannsee schuldig und pflichtig sei, sich in eigner Person zu einem jeden Bischove zu Regenspurg zu verfügen, und von allen und jeden seines Gotshaus weltlicher

Obrigkait und Gütern mit ihren Anhengen, Zugehörungen und Gerechtigkaiten, wie dann das von Alter herkomen und in unsers Stifts Lehenpüchern begriffen ist, Lehen zu empfahen; und dieweil er nu des benannten Klosters Mannsee ein neuer und angeender Prelat sei, habe er sich solchem alten löblichen Herkommen nach anher zu uns verfügt in der Meinung, seines Gotshaus Lehen, wie oben angeregt, zu empfahen, und darauf mit allem diemüthigen Fleiss gebetten, ihm dieselben also, wie unsre Vorlarer seinen Vorvodern Prelaten getan, genediglich zu verleihen; wir haben nu solch löblich alt Herkommen, auch sein diemüthig Anruffen und Bitten angesehen und darauf alle und jede seines Gotshaus Mannsee weltlich Obrigkait und Güter mit ihren Anhengen, Zugehörungen und Gerechtigkaiten, wie dann die des benannten Gotshaus Prelaten von Alter laut angeregter unser Lehenpücher empfahen, recht und redlich verliehen, leihen ihm auch die hiemit und in kraft des briefs, was wir ihm dann von Rechts wegen daran leihen sullen und mügen, doch uns, unserm Stift, und sunst männiglich an unsern und ihren Rechten und Gerechtigkaiten unvergriffen. Darauf er uns gelobt und versprochen hat, uns und unserm Stift von solcher Lehen wegen getreu und gewer zu seyn, Schaden zu wenden, Frommen zufürdern, und all anders zu tun, was Lehenspflicht auf ihn trägt, getreulich on Gevärde. Zu Urkund dessen wir ihm den brief mit unserm anhangenden Insigel besigelt geben zu Regenspurg an sand Alexien Tag, als man zält von Christi Geburd 1499 Jar.

Chronicon Lunaelacense, pag. 277.

Num. MCXLVIII. 1499. 31. Octobris. Ex Originali.

Epi Ruperti adhortatio ad elemosynas pro structura parochialis Ecclesiae in Pechlarn erogandas.

Rupertus Dei et Apostolice Sedis gra Epus Ratisponen. Dux Bavarie, universis et singulis parochialium Ecclesiarum Rectoribus, eorundem Vicariis, divinorum Sociis ac presbyteris curatis et non curatis, ceterisque Christi fidelibus per Civitatem et Diocesin Ratisponen. ubilibet constitutis, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem in Domino. Altissimo fore gratum procul dubio arbitramur, et nos eterne retributionis premium promereri, dum mentes fidelium ad charitatis opera, presertim ad pias eleemosynas Ecclesiis

et piis locis erogandas excitamus. Sane cum Ecclesia parochialis sancti Petri in oppido Pechlarn Patavien. Dioc. in dominio nostro temporali consistens et ad jus ac proprietatem Ecclesie nostre Ratisponen. pertinens propter guerras, que multis retroactis annis totam pene Austriam quassarunt, ad inopiam redacta, in suis structuris et edificiis ruinam minetur, ac in aliis ad divinum cultum et ipsius Ecclesie decorem pertinentibus permagnum sustineat defectum, qui sine Christi fidelium etiam extraneorum eleemosynis piisque subventionibus propter paupertatem parochianorum et aliorum de territorio nominato reparari non valet; cupientes itaque, ut memorate Ecclesie et illius reparationi nunc inchoate subveniatur, vos et quemlibet vestrum in Domino sincerius adhortamur atque in remissione peccaminum vestrorum injungimus, ut ad dicte parochialis Ecclesie reparationem ac ipsius ornamentorum comparationem de bonis a Deo vobis collatis vestras pias eleemosynas ac grata subsidia largiamini atque erogetis, recepturi a Domino mercedem in retributione justorum: vobis vero presbyteris et aliis clericis supradictis in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus nuntium et eleemosynarum hmoi questorem, cum ad vos locaque vestra pervenerit fidelium Suffragia petiturus, benigne recipiatis, caritative pertractetis, et apud subjectam vobis plebem fideliter promoveatis, ut per hec et alia pietatis opera, que Domino inspirante feceritis, ad eterna mereamini gaudia feliciter pervenire. Nolumus tamen collectioni fabrice Ecclesie nostre Ratisponen. prejudicium per hoc generari, sed tempus eidem consuetum expresse reservamus. Datum Ratispone sub Vicariatus nostri Sigillo presentibus appenso die ultima mensis Octobris, anno Domini 1499. presentibus hinc ad duos annos futuros et non amplius valituris.

Sigillum adpendet.

Num. MCXLIX. 1500. 23. Junii. Ex Originali.

Episcopalis Confirmatio ac Dotatio Capellaniae seu missae fraternitatis Corporis Christi in parochiali Ecclesia Werd.

Rupertus Dei et Apostolice Sedis gra Epus Ratispon. Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie etc. ad perpetuam rei memoriam. Cum ex debito nostri pastoralis officii nesessitatibus et inopiis Ecclesiarum nostre ditioni subjectarum subvenire, cultumque divini nominis, et

que ad decorem domus Dei spectare dinoscuntur, quantum nobis ex alto conceditur, augere, plantare et fovere debeamus, considerantes nuper, quod Magistri et fratres fraternitatis nuncupate Corporis Xpi, et beate Marie Virginis in parochiali Ecclesia sancti Petri in Werd nostre Diocesis, zelo pietatis accensi divini cultus desiderantes augmentum pro erectione et fundatione perpetue misse ad altare dicte fraternitatis et in prefata parochiali Ecclesia confirmande, nonnullos annuos et perpetuos census et redditus comparassent, qui tamen pro erectione hmoi ac illius pro tempore capellani sustentatione non sufficerent, Nos volentes eisdem in tam pio opere non deesse, sed paterne succurrere; vacante alias parochiali Ecclesia beate Marie Virginis in Talkirchen, alias Perkhaim dicte Diocesis et collationis nostre, (cujus fructus, redditus et proventus ultra onera consueta ad sexaginta florenos Ren. annuatim ascendunt, pensionem annuam 20 florenorum similium ex et de eisdem fructibus, redditibus et proventibus prefate perpetue misse, ut premittitur, erigende, illiusque Capellano pro tempore existenti per ejusdem parochialis Ecclesiae pro tempore Rectorem annuatim pro una in sancti Johannis Baptiste et altera medietatibus in sancti Johannis Evangeliste festivitatibus persolvendam, tradendam et cum effectu assignandam reservavimus, constituimus et auctoritate nostra Ordinaria appropriavimus honorabilis viri Georgii Satzenhofer Canonici Ratisponen. ac dicte parochialis Ecclesie moderni Rectoris consensu expresso interveniente. Sunt autem alii fructus, redditus, proventus et census perpetui, prius et extra predictam 20 florenorum pensionem, ad eandem perpetuam missam appropriati; Item tres libre denar. Ratispon. ex duobus prediis, uno in Utzmansdorf et altero in Haybeckengrüb situatis; item ex officina fabrili in Stadeldorf 6. solidi denar. Ratispon. item Andreas Münichmaier de Kirffenholtz ex quodam agro sito in Hungerfeld prope Kirffenholtz confinante agro Andree Mosers ibidem, 30 denar. Ratispon. pro festo sancti Michahelis solvendi; item Ulricus Wirdhofer in Obernachdorf unam Scaffam siliginis annuam sub pacto tamen redimendi pro 10. tt. denar. Ratispon. item domus pro habitatione capellani ejusdem perpetue misse per nos similiter donata et appropriata sita in foro nostro inferiori Werd, media inter domos Andree Schusters et Johannis Schmützer. Nos itaque attendentes, quod census et redditus prefati unacum pensione 20 florenorum per nos, ut premittitur, appropriata pro sustentatione Capellani hujus misse annuatim sufficiant, eandem missam sive Capellaniam ad altare beate Marie Virginis in dicta parochiali Ecclesia

Werd situm et sub vocabulo fraternitatis corporis Xpi et ejusdem beate Virginis unacum fratribus jam dicte fraternitatis ereximus, fundavimus, dictisque redditibus, censibus, pensione et domo dotavimus, et insuper auctoritate nostra Ordinaria in Dei nomine confirmavimus ac presentibus confirmamus, libertamus et perpetuamus, fructusque, redditus, census, pensionem et alia premissa in perpetuum appropriamus, volentes et harum serie decernentes, modernum et pro tempore dicte parochialis Ecclesie in Talkirchen futurum Rectorem ad pensionis prelibate solutionem integram annuatim in terminis preexpressis teneri et obligari; Jus vero patronatus dicte nove misse sive Jus presentandi personam idoneam ad eandem dilectis Nobis in Xpo et Ecclesie nostre fidelibus Wilhelmo de Raydenbuch in Stefling Ecclesie nostre jam dicte hereditario jure pincerne, ac posteris suis, necnon Consulatui oppidi nostri Werd pro tempore existentibus sub modo tali reservavimus, videlicet quod ipsi Wilhelmus et Consulatus nunc primo simul, in futurum vero vacationum temporibus alternis vicibus, primo videlicet dictus Wilhelmus vel heredes illius, et altera vice dictus Consulatus personam idoneam actu in Sacerdotio constitutam, vel saltem talem, que infra anni spatium ad hmoi Presbyterii gradum ascendere possit, ex dicto oppido, vel si ibidem talis non foret, in dominio nostro Werd progenitam Nobis vel Successoribus nostris pro tempore existentibus pro institutione canonica possint et debeant infra tempus debitum secundum juris dispositionem presentare; idem vero Capellanus sic presentatus et institutus in eadem Capellania personaliter residere, et si de consensu dictorum patronorum pro sui comoditate se absentaret, per alium idoneum presbyterum sine alicujus pensionis sive absentie exactione laudabiliter inofficiare, singulis Septimannis per se vel alium ad minus quinque missas in pretacto altari legere, in vigiliis et officio quatuor temporum pro fraternitate predicta teneri solitis, similiter in anniversario nostro et in tumulatione fratrum ejusdem fraternitatis, necnon choro et processionibus singulis diebus dominicis et festivis ad modum aliorum Capellanorum in dicta parochiali Ecclesia interesse, Plebano vero ejusdem parochialis Ecclie pro tempore existenti obedientiam et reverentiam in cunctis licitis et honestis exhibere, ac de indempnitate oblationum, remediorum et aliorum jurium parochialium fidelitatem debitam promittere et observare, aliasque se decenter et honeste regere debeat et teneatur sub privatione et subtractione fructuum ejusdem Capellanie vel aliis penis per nos et Successores nros eidem secundum qualitatem excessus

hmoi pro tempore infligendis. Prohibemus denique sub interminatione districti judicii et maledictionis eterne, ne quisquam contra premissa vel eorum aliquod facere seu de fructibus, proventibus et aliis premissis ad hmoi perpetuam missam donatis, vel etiam in posterum donandis quicquam alienare vel distrahere presumat, prout indignationem omnipotentis Dei ac sanctorum Canonum penas voluerit non immerito declinare. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri ac Sigilli nostri majoris appensione fecimus communiri. Datum Ratispone die 23. mensis Junii, anno Domini 1500.

Sigillum Epi appendet.

Num. MCL. 1500. 1. Octobris. Ex Originali.

Ruprecht Bischof zu Regensburg, Pfalzgraf bey Rhein, Herzog in Baiern und Graf zu Sponheim stiftet für sich und seine Vorältern einen ewigen Jahrtag in dem Pfarrgotteshause sancti Petri zu Werd; die Vigil soll am *dritten* Tage nach St. Emmerams-Tage Abends mit einer gesungenen Vigil, mit 12 aufgesteckten brennenden Kerzen, auch mit den Kerzen der Weinzierl, — und Schneiderbruderschaft begangen, und Tags darauf durch den Ortspfarrer ein solemnes Amt de Beata, und nach diesem durch den Abt von Mallersdorf ein Seelamt gesungen, und unter beiden 8 Messen gesprochen werden. Der Magistrat in Werd reversirt sich, die Vigil und den Jahrtag jedes Jahr halten zu lassen unter einer Poen im Unterlassungsfalle von 10 fl. wovon die einte Hälfte dem Kloster Reichenbach, die andere dem Pfarrgotteshause Affecking gereicht werden sol. „Des zu wahrem Urkund haben wir unser des Markts zu Werd Insiegel an den Brief gehangen, und zu merer Bevestigung mit Fleiss gebetten die edeln und festen Georgen Zenger zum Schneeberg, und Wolfgang Hofer zum Lobenstein, dass sie ihre Insigeln auch an den Brief gehangen haben, ihnen und ihren Erben on Schaden, darunter wir uns für uns und unser Nachkommen verbinden, wahr und stätt zu halten, was an dem Brief geschrieben steht, der geben ist am Pfintztag nach sand Michels Tag und Christi unsers lieben Herrn Gepurt im 1500 Jahr.“

Tria Sigilla integra adpendent.

SECTIO VI.

Continens Monumenta Saeculi XVI.

Num. MCLI. 1501. 24. Julii. Ex Originali.

Michael Widnmann zu Tegernheim verkauft aus seiner Behausung an den Dompfarrer Georg Schilher um 5 tt. einen jährlichen und ewigen Zins von 60 R. dl. welcher zu dem Umgang gehört, den man alle Samstage Abends nach dem Salve für alle gläubige Seelen um den Freithof der Dompfarr zu halten pflegt. Erhard Weichser Probstrichter zu Tegernheim siegelte. Datum am St. Jakobsabend im Jahre 1501.

Sigillum adpendet.

Num. MCLII. 1502. 12. Julii. Ex Originali.

Tredecim Cardinales, quilibet 100 dies, de injunctis poenitentiis relaxant omnibus in certis festivitatibus et dominicis diebus Ecclesiam sancti Cassiani parochialem visitantibus, et consuetas conditiones adimplentibus fidelibus. Datum Romae die 4. mensis Martii, anno dni 1502. Pontificatus Alexandri Papae VI. anno decimo. Eodem anno, die 12 Julii Rupertus Epus Ratispon. has Indulgentias ratas et gratas habens, auctoritateque Ordinaria admittens et adprobans, ad supplicationem Dni Petri Veichtner Canonici Ecclesiae B. M. V. ad veterem Capellam et Rectoris parochialis Ecclesiae sancti Cassiani 40 dies adjungit ad perpetua futura tempora, simulque Epi Ruperti Suffraganeus Petrus, Epus Jerapolen. 40 dies addidit, ac cum Epo sigillavit.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCLIII. 1502. 12. Julii. Ex Originali.

Rupertus Epus Ratispon. confirmat capellaniam perpetuam seu missam angelicam a magistro civium, consulibus et communitate oppidi Hohenburg in Nordgovia fundatam, et in Ecclesia dicti oppidi in altari sancti Joannis Baptistae per idoneum et discretum sacerdotem perpetuis futuris temporibus celebrandam,

ipsamque fundationem in perpetuum Beneficium erigit, jus vero patronatus Magistro civium, consulatui et communitati praedictis reservat. Capellanus singulis septimannis quinque missas devote legere, Rectori parochialis Ecclesiae in Allersburg fidelitatem et reverentiam exhibere, quoad oblationes aliaque jura parochialia fidelitatem promittere et servare, ac diebus festivis in Choro et processione superpelliciatus adesse, seque decenter ac honeste regere tenetur. Datum et actum Ratisponae die Martis 12. mensis Julii, anno Domini 1502.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLIV. 1503. 29. Aprilis. Ex Originali.

Post obitum abbatissae Barbarae de Paulsdorf electa est in abbatissam Parthenonis sancti Pauli Ratisbon. Catharina de Seckendorf capitularis ejusdem Monasterii, et recepto prius ab ea solito fidelitatis ac obedientiae juramento confirmata ab Epo Ratispon. Ruperto, die 29. mensis Aprilis, anno 1503.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Forma Juramenti depositi haec est: Ego Catharina Electa Monasterii sancti Pauli Ratispon. juro, quod ab hac hora in antea fidelis et obediens ero sacrosanctae Romanae Ecclesiae, Domino quoque meo gratioso, Domino Ruperto Epo Ratisponensi et suis Successoribus canonice intrantibus, ac suis pro tempore in spiritualibus Vicariis generalibus in cunctis licitis et honestis. Juro etiam, quod res et bona Monasterii antedicti absque praefati Domini mei gratiosi, Epi Ratisponensis, et suorum Successorum, ac Capituli mei consensu et voluntate non vendam, nec donabo, aut impignorabo, nec de novo infeudabo. Juro insuper, quod hospitalitatem, et numerum personarum dicti Monasterii, ac piorum operum largitiones et exhibitiones, quae a meis Praedecessoribus consuetae sunt observari ac fieri, tenebo, dirigam et observabo pro meo posse. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia manu mea corporaliter tacta.

Num. MCLV. 1503. 26. Novembris. Ex Originali.

Papa Julius II. confirmat Statuta Capituli Ecclesiae majoris Ratisbon. quorum tenor est, quod 1) nullus ex illegitimo thoro procreatus, etsi beneficio Principis sit legitimatus vel per subsequens matrimonium legitimus factus, aut ex illustri prosapia Ducum, Marchionum, Baronum natus existat, in Canonicum admittatur, 2) cum

personarum numerus 35 fuerit, ex quibus ad minus duae partes ex nobilibus de militari genere utroque parente progeniti assumantur, tertia pars possit ex non — nobilibus, gradu tamen scientiae qualificatis in Theologia, utroque vel altero Jurium Doctoribus vel Licentiatis, aut saltem Baccalaureis Theologiae formatis recipi. Ne vero sit dubium, an undecim vel duodecim Docti assumi debeant, statuerunt, ut appellatione tertiae partis saltem undecim et non plures intelligi et recipi debeant ex Doctis, 3) Docti probent legitimationem et promotionem gradus, et quod in universali studio extra Romanam Curiam ad minus quatuor annos steterint. Datum sexto Kal. Decembris, anno 1503.

Plumbum: Julius PP. II.

Num. MCLVI. 1504. 16. Aprilis. Ex Diplomatario.

Rupertus Epus Ecclesiae Ratispon. confirmat fundationem ab Erasmo Froelich et uxore ejus Birgitta factam, vi cujus in Ecclesia parochiali in Schwaingdorf singulis quintis feriis finita missa angelica Processio cum Eucharistiae Sacramento per certos ad hoc deputatos presbyteros et ministros devote peragatur, et post hanc Processionem missa de corpore Christi per plebanum, aut ejus vicarium, aut cooperatorem solemniter cum toto Choro decantetur. Ad hunc finem fundatores ac eorum cognati certos et perpetuos census ac redditus ex suis propriis curiis et bonis immobilibus deputaverunt, per vitricos Ecclesiae parochialis ac confraternitatis sancti Wolfgangi annuatim distribuendos, prout in Litteris fundationis exinde confectis, ac Erasmi Froelich fundatoris, nobilisque viri Johannis Sintzenhofer in Taeublitz, et ipsius oppidi Schwaingdorf Sigillis adpendentibus sigillatis plenius continetur. In quorum fidem praesentes Litteras exinde fieri ac Sigilli Vicariatus nostri, quo in talibus utimur, jussimus adpensione communiri. Datum Ratisponae die 16 mensis Aprilis, anno dni 1504.

Num. MCLVII. 1505. 1. Aprilis. Ex Originali.

Rupertus Epus Ratispon. Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae instituit in Ecclesia cathedrali Ratispon. per annuum censum seu pensionem 34 florenorum ex redditibus Parochiae Rordorf Salzburg. Dioecesis solvendum festum conceptionis B. M. V. quod in aliis Dioecesibus solemniter celebratur, octavam omnium animarum fidelium, ac festa sanctorum Martini et Ruperti, ac ordinat ex officio suo pastorali, ut festum conceptionis B. M. V. quod antea in Dioecesi Ratispon. in foro non celebrabatur, nunc et futuris temporibus digne celebretur, ac celebrandum per Dioe-

cesin in cancellis Ecclesiarum publicetur, et attento, quod hmoi festum cum terroribus et aliàs solemniter peragendum in Choro Ecclesiae Ratispon. institutum est, mandat, quod eadem die fiat processio solemnis cum reliquiis et aliis attinentiis consuetis, ac etiam cum cantu, sicut in die nativitatis B. M. ad Ecclesiam Collegiatam veteris Capellae. Festum autem sancti Martini in Ecclesia cathedrali solemniter peragatur cum terroribus majoribus pulsandis, et distribuantur 2. tt. denar. Ratispon. simili modo peragatur festum translationis sancti Ruperti ac pariter distribuantur 2 tt. denar. Quia demum pro animabus Christi fidelibus frequens intercessio salutaris existit, octava dies et tricesimus omnium animarum in praefata Ecclesia peragantur, et semper tam in octava, quam in tricesimo pro praesentiis et aliis necessariis 2 tt. 5. solidi, 18 denarii Ratispon. distribuantur. — In quorum fidem et testimonium praemissorum praesentes litteras exinde fieri ac Sigilli nostri majoris jussimus appensione communiri. Et nos Fridericus de Wirsperg senior, totumque Capitulum Ecclesiae Ratispon. praedictae supra descriptam fundationem et institutionem per memoratum Dominum nostrum Revmum Epum Ratispon. ut praefertur, rationabiliter factam animo grato acceptavimus, ac ad observandam et manutenendam eandem pro nobis et Successoribus nostris nos pensione durante obligavimus, ac in ejusce rei testimonium Sigillum nostrum capitulare praesentibus duximus pariter apponendum. Datum Ratisponae die prima mensis Aprilis, anno Domini 1505.

Duo Sigilla integra adpendent.

Num. MCLVIII. 1506. 5. Maii. Ex Originali.

Michael Steurer, des Rathes, Sigmund Kräer und Heinrich Weifshait Bürger in Regensburg bekennen als Geschäftsherren des Jacob Schaub sel. dafs dieser bei seinen Lebzeiten verschiedene Zinse erkauft habe, wodurch ein Priester in der Pfarr St. Kassian soll unterhalten werden, welcher auf dem Frauenaltar an jedem Sonntage, an den 6. Frauentägen, an den Aposteltägen, am obersten (Epiphaniae) und am Fronleichnamsfeste bei dem Hochamt Messe zu lesen, die Zinsen à 20 Schilling R. dl. einzunehmen, für Wachs, Wein und Besserung der Ornate der St. Cassians Kirche jährlich 60. dem Mefsner aber 8. dl. zu verreichen hat. Das Recht, einen Kaplan zu praesentiren, soll dem Pfarrer zu St. Cassian zustehen. Datum am 27 April 1506.

Bischof Rupert bestättigt obige Stiftung, und erhebt selbe zu einem Beneficium. Dem Kaplan dieser Messe wird eingeschärft, dem Pfarrer die gebührende Achtung und den schuldigen Gehorsam zu bezeigen, gleich andern Kaplänen an-

Festtagen im Chor der St. Cassians Kirche zu erscheinen, und einen sittsamen, priesterlichen Lebenswandel zu führen. Datum am 5 Maii, 1506.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLIX. 1506. 18. Julii. Ex Diplomatario.

Nach vorgängiger Resignation des Martin Lichteisen Pfarrers in Rötz wird diese Pfarr vom Bischofe Rupert mit dem Kloster Schönthal — welches zeither das Patronatsrecht darauf hatte — incorporirt, und der Prior Georg Plank als erster regulär - Pfarrer darauf investirt, auch dem Kloster die Verbindlichkeit auferlegt, von der Pfarr Rötz jährlich und zu ewigen Zeiten pro juribus Episcopalibus 4 fl. Rheinisch zu verreichen. Gesiegelt mit dem Vikariats - Insiegel, und gegeben zu Regensburg den 18. Julii, im Jahre 1506.

Nro. MCLX. 1507. 12. Maii. Ex Originali.

Insinuatio mortis Epi Ruperti ad Decanatus rurales.

Georgius Sintzenhofer decretorum Doctor, Canonicus, Scolasticus ac Sede Epli Ecclie Ratispon. vacante per Capitulum ejusdem Ecclie Commissarius et Officialis specialiter deputatus dilecto nobis in Christo dno decano in . . salutem in dno. Postquam Revmus in Christo pater et dnus Rupertus Epus Ratispon. Dux Bavarie pridie, ut placuit Altissimo, viam universe carnis est ingressus, non indignum arbitramur, imo congruum, ut ab hiis, quibus ipse, dum viveret, Pontificatus preerat officio, quosque paternis fovebat presidiis, jugis habeatur memoria, et apud Deum intercessio fiat salutaris; propter quod venerabile Capitulum juxta Ecclie instituta corpore illius ecclce tradito sepulture condignas exequias funeralesque ceremonias celebrare statuit in Ecclia Ratispon. die Veneris proxima. Ut autem ab aliis presbyteris in Diocesi ubilibet constitutis prefatus noster Presul condignis pariter recolatur exequiis, vobis committimus et mandamus, quatenus animam illius vestris confratribus in Decanatu cujuslibet constitutis diligenter recommendetis pro illius memoria habenda, et funeralibus celebrandis exequiis, mercedem a deo omnium bonorum largitore recipientes. Datum Ratispone die 12 mensis Maii, anno 1507.

Cum Sigillo intus impresso.

Num. MCLXI. 1507. 27. Octobris. Ex Originali.

Julius Papa II. confirmat Joannem Comitem Palatinum Rheni, filium Philippi Electoris per Capitulum in Administratorem Ecclesiae Ratispon. nominatum, tunc decimum nonum aetatis annum agentem ac clericali duntaxat charactere insignitum, adjecta consecrationis facultate, si annum vicesimum septimum attigerit. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1507. die VI. Kalend. Novembris, Pontificatus Julii anno quarto.

Plumbum: Julius PP. II.

Eodem anno et die datae sunt Bullae consuetae hanc Confirmationem exprimentes ad Imperatorem, ad Capitulum, Vasallos, clerum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis.

Num. MCLXII. 1508. 30. Apr. Ex Diplomatario.

Administratoris Joannis preces primariae ad Coenobium Prüfening.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gratia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes palatinus Rheni, Dux Bavarie. Venerabili, nobis in Christo dilecto, ac religiosis viris dno . . Abbati et Conventui Monasterii sancti Georgii martyris in Prüfening nostre diocesis, ordinis sancti Benedicti salutem in dno. Cum a longeva et hactenus observata consuetudine Ecclie Ratispon. Epi, Predecessores nostri tempore ingressus administrationis et regiminis dicte Ecclesie ad omnes et singulos collatores et collatrices Diocesis Ratispon. pro personis idoneis ad Beneficia ecclca obtinenda suas consueverint preces porrigere primarias, fueritque eisdem precibus, ut par erat, paritum reverenter, Nos eandem laudabilem consuetudinem et Predecessorum nostrorum vestigia imitari cupientes, pro dilecto nobis in Christo Michaele Resch clerico Ratispon. Diocesis ad vos hac serie litterarum presentes nostras porrigimus preces primarias, vos in dno exhortantes ac obnixe rogantes, quatenus pro confirmatione juris et consuetudinis memorate, necnon precum nostrarum intuitu eidem Michaeli Beneficium ecclcum cum cura vel sine cura ad vestram presentationem, collationem, seu qualemcunque dispositionem communiter vel divisim pertinens (si quod vacat ad presens, aut cum proxime quocunque modo vacaverit, quod idem Michael Resch per se vel procuratorem suum legitimum duxerit acceptandum,) assignare et sibi de eodem providere dignemini, in quo nobis rem pergra-

tam, in se honestam et licitam, per nos singulari gratia et favore recognoscendam facietis. Datum Ratispone nostri sub Secreti appensione die ultima mensis Aprilis, anno dni 1508.

Num. MCLXIII. 1509. 23. Maii. Ex Originali.

Citatio abbatis in Münchsmünster, qui se a monasterio suo absentaverat.

Johannes dei et aplce Sedis gratia Administrator Ecclie Ratispon. Dux Bavarie etc. Universis et singulis presbyteris curatis et non curatis, ac clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuscunque per Civitatem et Diocesin Ratispon. ubilibet constitutis, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem in dno. Cum aliás venerabilis pater, dnus Georgius monasterii in Münchsmünster abbas immediatus absque nostro ac conventus sui scitu vel licentia se a dicto monasterio absentavit, ipsumque monasterium et illius Conventum desertum dereliquit, et quorsum diverterit, omnino nesciatur; et quia hmoi derelictio ac abbatis absentia ipsi monasterio non mediocriter gravis et dispendiosa existit, Nos volentes eidem ordinario remedio succurrere, et de alio abbate in locum absentis preficiendo providere, memoratum dnum Georgium per hoc presens publicum edictum in ipsius monasterii valvis seu portis tribus vicibus affigendum et publicandum citari et evocari volumus et mandamus, quem etiam tenore presentium sic citamus, evocamus et monemus, ut infra sex menses post hmoi edicti nostri publicationem ipse ad monasterium predictum personaliter redeat, regimen et administrationem ipsius juxta ordinis sui decentiam exercendo et continuando; alioquin termino hmoi effluxo Nos ad abbatie et prelature ipsius privationem, et alterius abbatis electionem seu prefectionem, prout de jure, procedemus, ipsius dni Georgii absentia non obstante; de executione vero et publicatione presentis vos scriptis vestris certificetis. Datum Ratispone sub Sigillo Vicariatus nostri subimpresso die 23. mensis Maii, anno dni 1509.

Sigillum fractum extat. Jo. Velber Notar. ss.

Num. MCLXIV. 1509. 19. Junii. Ex Originali.

Johann Administrator des Bisthums Regensburg, Pfalzgraf am Rhein und Herzog in Baiern bestättigt die von den Testaments-Executoren der Frau Eugenia

Weissin sel. auf dem St. Helenaaltar in der Pfarrkirche St. Cassian gestiftete Wochenmesse, erhebt selbe zur Würde eines einfachen Beneficii, genehmigt das dem Pfarrer zustehende Patronatsrecht, und befiehlt dem Kaplan, den Verbindlichkeiten genau nachzukommen, nämlich alle Sonn- und Festtäge des Jahres, an welchen in St. Cassian eine Predigt gehalten wird, unter dem Hochamte auf benenntem Altar Messe zu lesen und für eine unterlassene Messe 4. dl. zur Straffe zum Sagrär um Wachs zu geben, an den Festtägen die Vesper und das Amt mitsingen zu helfen, und jährlich für die Stifterin und ihren Gatten Hanns Weiss einen Jahrtag mit Vigil und Seelamt zu halten. Datum, ut supra.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLXV. 1509. 2. Decembris. Ex Originali.

Schreiben des Herzogs Wolfgang an Johann Administrator des Hochstifts Regensburg, den Verfall des Klosters Biburg betreffend.

Unsern freundtlichen Dinst zuvor. Erwürdiger in Got, und hochgeborner Fürst, lieber Vetter! Nachdem Eur Lieb und Jr Vicari, als uns anlangt, gut Wissen haben, das in unserm Closter zu Piburg in Geistlichem und Zeitlichem nit wol regiert und gehandelt wird, dadurch das Gotshaus in mercklich schuld und Verderben wechst, und wo dem nit vorkomen und darein gesehen, wird es noch zu mererm Unrat kumen, das wir, soviel an uns ist, gern verhüeten wolten. Diweil wir dann wissen, das solichs Eur Lieb will und mainung auch ist, so biten wir freundtlich, Eur Lieb wölle einen fürderlichen Visitationstag in genannts Closter fürnemmen und setzen, daselbshin Eur treflich Räte schicken mit genugsamen Bevelch, in des Gotshaus sach zu sehen, und da zu visitiren und zu corrigiren, soviel not sein werde, und uns solchen Tag davor zeitlich verkünden, dann wöllen wir unser treflich Räte auch dahin schicken, und des Gotshaus notdurft, wie obstet, betrachten helfen und handeln lassen, damit es wider zu Aufnemmung, Pesserung und Guten gebracht werde. Eur Lieb wölle auch verfügen, damit Leonhard Aichsteter Conventual vermelts Closters vor dem Abt daselbs bis auf solch handlung und weiter Geschäft gnugsam versichert, und zu solcher Visitation durch Euch beschiden werde, daran thut Eur Lieb samt dem guten Werch uns freundtlich gevallen. Datum Munichen an Sonntag nach Andree anno 1509.

Sigillum a tergo est impressum.

Abt Jakob entsagte im folgenden Jahre der Abtey unter der Bedingniſs, daſs ihm im Kloster Biburg ein Zimmer zur Wohnung eingeräumt, ein vertrauter Knecht zum Einheitzen, Essentragen und andern Bedürfnissen zugegeben, jährlich eine Summe von 40 fl. nebst freyer Kost verabreicht, und der Chorbesuch nachgesehen werde. Uebrigens will er nicht dem neuzuwählenden Abte, sondern nur dem Bischofe in Regensburg gehorsam seyn.

Num. MCLXVI. 1510. 28. Sept. Ex Originali.

Citatio ad valvas Ecclesiae majoris Ratisbon. affixa ob confirmationem neoelecti abbatis in Monasterio Biburg.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gra Administrator Ecclie Ratispon. Comes palatinus Rheni ac Bavariae Dux. Universis et singulis presbyteris curatis et non curatis, ac Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et Diocesin nostram Ratispon. ubilibet constitutis, qui presentibus fuerint requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in dno. Cum nuper venerabilis pater dnus Jacobus abbas monasterii B. M. V. in Piburg ordinis sancti Benedicti nostre Diocesis ex certis causis animum suum ad hoc moventibus abbatie sive prelature sue in manibus nostris cessisset, administrationemque ejusdem renuntiasset juramento solito interveniente, et per cessionem hmoi abbatia ejusdem monasterii vacaret, dilecti in Christo fratres Prior et Conventus ejusdem monasterii pro electione futuri abbatis in unum convenientes honorabilem fratrem Leonhardum Eysteter sepedicti monasterii professum in abbatem suum dicuntur elegisse atque elegerunt, nostrum desuper implorantes officium, quatenus electionem hmoi atque personam electi in abbatem approbare, admittere et confirmare, eidemque Electo de abbatia hmoi providere, necnon regimen et administrationem spiritualium et temporalium illi concedere dignaremur. Ne autem nos contra doctrinam Apostoli manus cito imponere videamur, vobis et vestrum cuilibet committimus et mandamus, quatenus omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes, et si qui sint, qui contra electionem pretactam aut ipsius electi personam aliquid habuerint opponere, ad vestram peremptorie citetis presentiam, quos et nos tenore presencium sic citamus, ut feria quarta post festum sancti Michaelis proxime ventura, que erit secunda dies mensis Octobris nunc instantis, quem quidem terminum eis et cuilibet eorum pro

peremptorio assignamus, coram nobis Ratispone in aula nostra Epli mane hora primarum legitime compareant et quivis eorum compareat ad dicendum et opponendum, quicquid verbo vel in scriptis contra electionem pretactam, personam electi vel confirmationem petitam dicere sive opponere voluerint, alioquin premisso examine consueto, nulloque obstante canonico impedimento ad confirmationem ipsius abbatis electi, prout justum fuerit, procedemus, seu per Vicarium ac Commissarium nostrum procedi faciemus, ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Datum Ratispone die Sabbati 28. mensis Septembris, anno dni 1510.

Cum Sigillo intus impresso. Joannes Velber Notarius ſs.

Num. MCLXVII. 1510. 12. Octobris. Ex Originali.

Joannes Comes Palatinus Rheni, Episcopatus Ratispon. Administrator confirmat missam perpetuam, quam Margaretha, Udalrici Has vidua anno 1490 fundavit, in ara sanctae Elisabethae in Ecclesia parochiali sancti Martini Ambergae celebrandam. Datum Ratisponae die 12 mensis Octobris, anno Domini 1510.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLXVIII. 1511. 10. Febr. Ex Originali.

Confirmatio Eplis Statutorum Collegiatae ad sanctum Joan. Ratisbon.

Joannes Dei et Apostolicae Sedis gratia Administrator Ecclesiae Ratisponensis, Comes Palatinus Rheni ac Bavariae dux, honorabilibus et devotis nobis in Christo dilectis Decano, Canonicis ac Vicariis, caeterisque Beneficiatis Ecclesiae collegiatae sancti Joannis Ratispon. praesentibus et futuris praesentes nostras litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Pastoralis curae nostrae debitum exigit, ut circa subjectum nobis Clerum taliter intendamus, quo honestis legibus clericalique norma vivendi instructus gratum et Deo acceptum exhibeat suae servitutis impensum. Sane cum nuper vos, Decane, unacum Capitulo ad hoc capitulariter congregato provide attendentes, quod statutorum vestrorum sive Ecclesiae praedictae quaedam vetustate et antiquitate immutata, aliqua vero abrogata sint penitus et abolita, prout congruitas temporum suadebat et patiebatur, et quidem propter eorundem statutorum in diversis locis dis-

persionem confusio et dissensio inter fratres aliquando exortae fuerint, aliis sic, aliis aliter asserentibus fore statutum et consuetudinarie observatum. Ad faciendam igitur facilius, tenendam tenacius concordiam fraternae caritatis Capituli vestri Statuta et laudabiles consuetudines in unum Compendium recolligere, et ut cognitioni ignorantium pateant, ad posterosque deducantur, in scriptis redigere curastis, nostrum super hoc officium implorantes, quatenus Statuta et consuetudines hmoi *) auctoritate nostra Ordinaria approbare et confirmare dignaremur. Nos vero considerantes, quam turpe sit, legem ignorare, et sub hoc praetextu sine lege vivere, Ordinationes et Statuta hmoi tanquam juste et rationabiliter edita auctoritate nostra Ordinaria duximus approbanda et confirmanda, prout tenore praesentium approbamus et confirmamus, volentes et eadem auctoritate statuentes, quod Statuta et ordinationes hmoi per vos et quemlibet vestrum juxta eorundem tenorem et effectum, ac sub poenis inibi appositis firmiter et inviolabiliter observentur, et unusquisque vestrum secundum conditionem suam et prout eum contingunt, ad observandum in sui receptione jure jurando in fine Statutorum inserto constringatur. In quorum fidem praesentes litteras cum insertione Statutorum hmoi exinde fieri, Sigillique nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Ratisponae die 10. mensis Februarii, anno Domini 1511.

Sigillum Epi adpendet.

Num. MCLXIX. 1511. 14. Novembris. Ex Originali.

Johannes Administrator Ecclesiae Ratispon. Comes Palatinus Rheni ac Dux Bavariae confirmat missam perpetuam ad altare sanctae Elysabethae penes ambonem, ac ad capellam sancti Gangolfi parochialis Ecclesiae sancti Salvatoris in Pettbrunn a Wolfgango Schachtner plebano ibidem, Georgio de Pappenheim marschalco, praefecto in Rietenburg ac vitricis dictae parochialis Ecclesiae fundatam annuoque censu 40 fl. dotatam, per presbyterum saecularem et idoneum perpetuis futuris temporibus inofficiandam. Jus patronatus reservatur plebano ac vitricis parochiae Pettbrunn, et capellanus institutus tenetur hebdomodatim in altari sanctae Elysabethae tres, et in altari sancti Gangolfi duas missas celebrare, pleba-

*) Statuta edidit 1794. D. Andreas Mayer in suo Thesauro novo seu Codice statutorum, IV. 191 seqq.

no obedientiam et reverentiam exhibere, de indemnitate jurium parochialium fidelitatem observare, ac diebus dominicis et festivis in Choro et Processionibus religiose indutus cooperari. In quorum fidem praesentes litteras exinde fieri, ac Sigilli Vicariatus nostri, quo in talibus utimur, jussimus appensione communiri. Datum Ratisponae die Veneris 14. mensis Novembris, anno Domini 1511.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCLXX. 1512. 1. Januarii. Ex Impresso originali.

Commendatur diligens observatio Statutorum synodalium per Administratorem Joannem editorum.

Johannes Dei et Apostolice Sedis gratia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes Pal. Rheni ac Bavarie Dux, universis et singulis in Christo nobis devotis et dilectis secularium et regularium Ecclesiarum Abbatibus, Prelatis, Canonicis, Rectoribus, Plebanis, Vicariis, Capellanis, totique Clero Civitatis et Diocesis nostre Ratispon. cujuscunque etiam dignitatis, status, gradus, ordinis ac preeminentie existant, salutem in dno sempiternam. Quamquam Deus omnium creaturarum mundifabricator equo moderamine cuncta preordinans ad imaginem et similitudinem ipsius humanam condiderit creaturam, cunctis adornatam virtutibus, quibus felicitatem poterat possidere perpetuam, si in ipsa originali justitia perstitisset; attamen ille humani generis acerrimus hostis, felicitati, quam amiserat, invidens primum hominem calliditate sua traxit ad vetita, qui in virtute sua vulneratus mortalisque effectus cepit infinitis tam corporis, quam animi incommodis et miseriis laborare. Hinc et homicidia malaque innumerabilia (crescente genere humano) per appetitum noxium ad malum proclivum oriere, que totum orbem terrarum, inextinguibili quadam contagione repleverunt, adeo, quod secula nostra quasi in sentinam malorum descenderunt. Quapropter orbis Rector ab eterno voluit legum esse conditores, quatenus hmoi propulsatis vitiis justitia vigeret, appetitusque noxius ad bene beateque vivendum sub juris regula limitaretur. Et licet antea per sanctissimos Pontifices, Romanosque Imperatores variis decretis et constitutionibus humano generi sit salubriter provisum, quibus divinas et humanas res bene disposuerunt et omnem iniquitatem expulerunt; attamen quia humani juris conditio semper in infinitum decurrit, et nihil est, quod in ea re stare possit perpetuo, sed in dies emergunt negotia, que

adhuc legum laqueis non sunt innodata; ea propter ad honorem omnipotentis Dei, beatorum Petri et Pauli apostolorum, ac omnium Sanctorum diversas Constitutiones synodales Predecessorum nostrorum, in quibus varia pro communi utilitate honestateque clericorum continentur, (que tamen in oblivionem transierunt,) in unum redegimus; cottidiana namque didicimus experientia, et presertim in transacta Visitatione per venerabilem nobis dilectum dnum Georgium Sintzenhofer decretorum doctorem, et tunc Vicarium nostrum de mandato nostro celebrata intelleximus, innumerabiles errores tam in clericis, quam in laicis nostre Jurisdictioni subjectis propter non usum earundem constitutionum evenisse. Ideoque hmoi Constitutiones congessimus ad reprimendum conatus noxios ac corrigendum excessus gregis nobis commissi, reformandumque mores per humane conditionis hostem decoloratos, quatenus puro corde et casto corpore presertim clerus noster Creatori suo digne ministrare valeat, felicitatemque perpetuam possidere. Vobis igitur omnibus et singulis supradictis in virtute sancte obedientie firmiter precipiendo mandamus, quatenus infrascriptas Constitutiones seu Statuta synodalia *) per Antecessores nostros in diversis Synodis matura deliberatione prius facta et per nos de novo collecta prompto suscipiatis affectu, eaque de cetero diligenter observare studeatis, sciturі, quod si ea non feceritis, que inibi precipiuntur, aut aliquis vestrum statutis eisdem contravenerit, preter hoc, quod iram Dei in se provocabit, a nobis impunitus non evadet. Datum Ratispone prima mensis Januarii, anno Domini 1512.

Num. MCLXXI. 1512. 4. Novembris. Ex Originali.

Johannes Administrator Eccliae Ratispon. etc. confirmat fundationem ac dotationem per lanifices in oppido Weyden nuper factam, vi cujus singulis feriis quintis perpetuis futuris temporibus sero decantato Salve Regina ad pulsum majoris campanae in Ecclia parochiali Weyden Responsorium de passione et agonia Salvatoris nostri Jesu Christi cum versiculo et collecta, ac singulis feriis tertiis

*) *Statuta haec synodalia primum fuerunt impressa a. per Joannem Pfeil artis impressoriae Magistrum Bambergae, folio minori* 1512. *et opus hoc finitum* 15. *Maii. b. Eadem inseruit Lünig Spicilegii Ecclci Continuationi II. a. pag.* 827 — 870. *c. Item continentur in Josephi Hartzheim S. J. Collectione Conciliorum Germaniae, Tomo VI. a folio* 78 — 131.

in altari sanctae Annae officium de eadem sancta Anna devote decantari debeat. Insuper Administrator et ejus Suffraganeus Petrus Epus Jerapolen. indulgentias concesserunt. In quorum fidem praesentes litteras Sigillorum nostrorum appensione duximus utrique roborandas. Datum Ratisponae die 4 mensis Novembris, anno Domini 1512.

Duo Sigilla adpendent.

Num. MCLXXII. 1513. 5. Aprilis. Ex Originali.

Joannes Administrator Ecclesiae Ratisponensis, Comes Palatinus Rheni et Dux Bavariae confirmat perpetuam missam, quam Fridericus Neumaier plebanus in Holzhausen Frisingensis Dioecesis, ac textores in parochiali Ecclesia B. M. V. in Vilsbiburg ad altare sancti Achatii fundaverant cum consensu plebani ibidem. Capellano praescribuntur obligationes consuetae et vita honesta. Jus patronatus reservatur Magistro textorum. In quorum fidem praesentes Litteras exinde fieri ac Sigilli Vicariatus nostri, quo in talibus utimur, jussimus appensione communiri. Datum Ratisponae die Martis, quinta mensis Aprilis, anno dni 1513.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCLXXIII. 1514. 8. Martii. Ex Originali.

Joannes Comes palatinus Rheni, Episcopatus Ratispon. Administrator confirmat missam in altari sancti Erhardi, vulgo Sutorum adpellato, et in Ecclesia parochiali sancti Martini Ambergae singulis feriis quartis legendam, quam Wilhelmus Schuester fundaverat. Datum Ratisponae die 8. mensis Martii, anno dni 1514.

Adpendet Sigillum Vicariatus.

Num. MCLXXIV. 1515. 12. Jan. Ex Impresso originali.

Concordia facta inter Joannem Administratorem Ratisbon. et commendatores in Altenmünster et apud S. Leonardum Ratisbonae pcto jurium parochialium praetensorum.

Joannes Dei et Apostolice Sedis gracia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes palatinus Rheni ac Dux Bavarie, Universis et singulis parochialium Ecclesiarum Rectoribus, Vicariis seu Provisori-

bus, Confessoribus et verbi divini Predicatoribus, ceterisque presbyteris curatis et non curatis per Civitatem et Diocesim Ratispon. ubilibet constitutis salutem in dno. Cum aliás pro serenitate conscientiarum Christi fidelium nobis subditorum in Statutis nostris synodalibus declarationem quandam fecissemus, mandantes etiam publicari, quod confitentes in pascha commendatoribus vel fratribus in Altenmunster, et sancti Leonhardi Ratisponen. domorum Ordinis sancti Joannis Jerosolimitani non satisfacerent Constitutioni „Omnis utriusque sexus," suborta super hoc inter nos ac dictos commendatores differentia et materia questionis occasione facultatum suarum talis, ut sequitur, concordia intervenit: Inprimis dicti commendatores et fratres eorum deputati abstineant in quadragesima, et potissimum tempore pascatis absolvere diocesanos Ratispon. remissos in casibus Episcopalibus, non remissos sine licentia suorum plebanorum, et omnino a porrectione venerabilium Sacramentorum. Item abstineant ab omnibus causis matrimonialibus, quarum cognitio et discretio tam pro, quam contra matrimonium, tam etiam super impedimentis ante et post contractum spectat ad Epum, ex quo cognitio illorum propter publicum scandalum imminens et maximum prejudicium, quod vertitur in his causis, atque periculum animarum exigit tam in foro conscientie, quam etiam in foro jurisdictionali plenariam cause veritatis cognitionem. Item abstineant super permissione et dispensatione conjugum non cohabitantium. Item abstineant expedire agentes in publicis et notoriis criminibus propter scandalum tam clericos, quam laicos, et sic in concubinatu, adulterio sive sacrilegio cohabitantes, cum tales veraciter penitere et ipsi absolvere non possunt, pariter publicos usurarios, nisi remotá causá delinquendi. Item abstineant absolvere et expedire percussores clericorum, cum in hmoi casu requiratur juris peritia maxima, et discretio inter levem et enormem lesiones, consensus partis et judicis ordinarii, cujus vertitur interesse, quod ipsi aufferre non debent, neque Ordinario prejudicare, contrafacientes dant occasionem delinquendi; nam expedit eos percussores aliquando declarare censuras incidisse, ne immisceant se divinis in periculum animarum et scandalum aliorum, nisi fortassis in foro conscientie, si facultates eorum ad hoc se extendant, velint eos absolvere, tunc in foro jurisdictionali remittant ad Ordinarium. Item abstineant omnino absolvere sive relaxare a censuris ecclcis ab homine latis, videlicet ab excommunicatione, suspensione et interdicto. Item abstineant absolvere quoscunque ad Sedes Papalem et Episcopalem ex certis causis remissos, ne eorum auctoritas

vilescat et contemnatur. Item cum de consuetudine Diocesis Ratispon. introductum sit, ut qui per penitentiarum Epi Ratispon. judicati fuerint, suscipere penitentiam publicam, qua tales presentent se in die cene Domini, ut ab Epo et non ab ipsis suscipiant eandem, cum talis regulariter ab Epo tradi debet cum solemnitate consueta. Item abstineant inthronizare conjuges sive dispensatos, et solemnizare nuptias, pariter quemquam absolvere a pena et culpa. Item abstineant absolvere a sententiis per Statuta provincialia seu synodalia promulgatis; nam delinquentes contra hmoi casus incidunt in excommunicationem ipso facto, quos etiam Ordinarii locorum excommunicatos declarare possunt, nulla religiosis super hoc exemtione vel alio privilegio suffragante. Item abstineant in virtute sancte obedientie Sedis Apostolice, et sub interminatione maledictionis eterne, ne in sermonibus suis Eccliarum Prelatis detrahant, aut retrahant laicos a suarum Eccliarum frequentia vel accessu, neque indulgentias pronuntient indiscretas, nec confectionibus testamentorum se immisceant, nec a restitutionibus debitis, aut legatis matricibus et aliis Eccliis faciendis retrahant testatores, neque legata vel debita aut male ablata sibi incertis aut aliis singularibus sui Ordinis fratribus vel conventibus in aliorum prejudicium fieri seu erogari procurent; contravenientes possunt per Prelatos juxta juris communis dispositionem puniri, nisi de his, qui occasione premissorum excessuum ad eos pervenerint, nisi Eccliis aut personis Ecclcis damnificatis vel lesis satisfactionem plenariam exhibuerint infra mensem, postquam super hoc fuerint requisiti, suspensionis Sententiam usque ad satisfactionem debitam eo ipso incurrunt, non obstantibus premissis Statutis aut quibuslibet Privilegiis, cujuscunque tenoris existant. Item abstineant a dispensatione votorum, nisi cum magna discretione et cause cognitione. Item abstineant absolvere et expedire eos, qui apud Sedem Episcopalem vel a suis plebanis injunctas penitentias negligunt seu nolunt adimplere, recurrentes in contemptum clavium ad eos. Item abstineant absolvere homicidas in prejudicium Ordinarii et partium, donec cum ipsis concordati et reconciliati fuerint. Postquam igitur prefati commendatores cum suis fratribus premissa observaverint, committimus vobis mandantes, ut parochianos vestros non retardetis, neque impediatis, accedere eos pro indulgentiis consequendis et aliis piis operibus perficiendis; in hoc facitis nostram voluntatem. Datum Ratispone die 12. mensis Januarii, anno dni 1515.

Num. MCLXXV. 1516. 20. Februarii. Ex Impresso originali.

Mandatum ad Clerum dioecesanum, ut sibi comparet Libros liturgicos.

Joannes dei et apostolice Sedis gratia Administrator Ecclesie Ratispon. Comes Palatinus Rheni ac Bavarie Dux. Universis et singulis Decanis, Plebanis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, Vicariis, divinorum Cooperatoribus, ceterisque presbyteris curatis et non curatis per Civitatem et Diocesim nostram Ratispon. ubilibet constitutis, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem in dno. Quamvis superioribus annis recolende memorie predecessores nostri Heinricus et Rupertus Epi Ratispon. pro laude dei et cultus divini augmento, utque presbyteri dicte diocesis horas canonicas et officium divinum uniformiter et devote persolverent, libros missales, Breviariaque correcta in majori et minori littera imprimi et in dictis Civitate et diocesi ubilibet comparari voluerint et ordinaverint, prout et adhuc nonnulli libri missales, pariterque et horarum (scamnalia appellati) de majori forma et littera venales exhibentur; tamen quia iidem libri pro nonnullis presbyteris presertim non beneficiatis, capellisque et filialibus Ecclesiis, ad quas pro tempore deferendi veniunt, minus sunt accomodati, tum etiam quod Breviaria in minori littera nulla superfuerunt; nos cupientes defectum hmoi supplere, venerabilis Capituli nostri accedente consensu alios libros missales sub modo minori, facile portabili et compendioso, similiter Breviaria horarum in littera etiam minori et amena, priori non difsimili, expensis et sumptibus Georgii Ratdolt civis Augusten. (anno 1515.) imprimi, et in Civitate diocesique predictis vendi consensimus et admisimus, librosque hmoi et pretium eorundem debita moderatione previa taxavimus; mifsales videlicet libros, unum, quod ligatum exhibetur, ad duos florenos Renenses, non vero ligatum uno quartali minus, item Breviaria duo, hyemale videlicet et estivale ligata pro duobus florenis et uno quartali, que vero ligata non sunt, pro duobus florenis: majores autem libros missales antea per Magistrum Joannem Pfeil civem Bambergensem impressos, illigatos pro tribus florenis Renen. vendendos et comparandos admittimus et taxamus respective per presentium tenorem, vobis universis et singulis supradictis committentes et mandantes in virtute sancte obedientie, et sub pena excommunicationis ac decem florenorum Renen. quatenus tam missales libros majores et minores, quam Breviaria hmoi de manu Joannis Velber Notarii nostri signata et subscripta, et non alios vel alia, dum vobis venales et venalia exhibebuntur, pro vestra et

Ecclesiarum vestrarum utilitate et necessitate non differatis comparare, ac alios presbyteros vitricosque Ecclesiarum hmoi, ubi necesse fuerit, fideli adhortatione et persuasione ad emendum et sibi comparandum eosdem inducere studeatis, utilitatem reipublice Ecclce in hoc oportune promovendo. Datum Ratispone sub Sigillo nostro die 20. mensis Februarii, anno dni .1516.

Num. MCLXXVI. 1517. 5. Januarii. Ex Originali.

Mandatum papale ad Magistratum Ratisbon. ne amplius gravet Clerum injusta exactione Steurarum.

Leo PP. X.

Dilectis filiis Camerario et consulibus Civitatis Ratispon.

Dilecti filii, salutem et aplcam ben. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Administratores, Prepositi, Decani, Capitulum, Abbatisse et clerus Eccliarum et Monasteriorum istius Civitatis et Dioc. Ratispon. quod licet ipsi sint immunes ab oneribus, que laicis incumbunt, ac gabellis et datiis ab eisdem laicis persolvi solitis, tamen vos salutis anime vestre immemores hmoi immunitatem ac etiam concordata alias inter vos et clerum ipsum per bon. mem. Bartholomeum olim Epum Civitatis Castelli tunc in partibus istis cum potestate Legati de latere Nuntium aplcum facta et per vos et communitatem vestram acceptata quasdam ordinationes fecistis, quibus personas ipsas ecclcas ad solvenda datia et gabellas hmoi, et quedam alia gravamina, ac eorum familiares ultra, quam laici solvant, temere ac de facto cogere presumpsistis, in libertatis ecclce offensam, animarum vestrarum periculum et ipsarum personarum ecclcarum prejudicium et jacturam. Quare pro parte dictorum exponentium nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis in premissis opportune providere de benignitate aplca dignaremur. Nos rem hanc tam mali exempli conniventibus oculis minime pretereundum esse censentes, vobis sub excommunicationis late sententie pena tenore presentium precipimus et mandamus, ut Ordinationes predictas abrogetis et aboleatis, nec ipsas personas ecclcas earumque familiares ad solvenda aliqua datia seu gabellas bonorum et rerum suarum, quas non causa negotiandi deferunt, aut quecunque alia gravamina quovis quesito colore contra concordata ac ecclce libertatis hmoi prejudicium cogatis seu compellatis, sed ab illis exemptas et liberas, prout exis-

tunt, esse permittatis; quod si non feceritis, contra vos cogemur in- viti justitia id suadente ad graviores censuras procedere. Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die V. Januarii 1517. Pontificatus nostri anno quarto.

Num. MCLXXVII. 1517. 5. Martii. Ex Diplomatario.

Johannes Administrator Ecclesiae Ratispon. confirmat missam, mediam nuncupatam in altaribus sanctorum Georgii et Viti parochialis Ecclesiae in Burglengenfeld inofficiandam, a civibus et communitate oppidi Burglengenfeld accedente expresso consensu abbatissae in Pülenhofen ceu collatrice dictae parochialis Ecclesiae fundatam et annuo censu 11. tt. denar. Ratispon. dotatam. Jus praesentandi Capellanum reservatur praefatis civibus et communitati. Datum Ratisponae die 5. mensis Martii anno dni 1517.

Num. MCLXXVIII. 1517. 31. Maii. Ex Originali.

Joannes Administrator Ecclesiae Ratispon. confirmat missam perpetuam seu Beneficium simplex in castro Loifling Parochiae Traubnach (hodie Schorndorf) fundatum et dotatum a nobili et honesta muliere Magdalena relicta Udalrici Poysl in Loifling, accedente expresso consensu filiorum suorum, videlicet Johannis, Ulrici, Erasmi et Sebastiani. Jus praesentandi Capellanum reservatur seniori de praefata familia Udalrici Poysl, qua vero non amplius extante Epis Ratispon. Capellanus institutus tenetur singulis septimannis quinque missas celebrare, necnon plebano in Traubnach obedientiam et reverentiam in cunctis licitis et honestis exhibere ac de indemnitate jurium parochialium fidelitatem observare. Datum Ratispone die ultima mensis Maii, anno dni 1517.

Sigillum Vicariatus adpendet.

Num. MCLXXIX. 1517. 7. Junii.

Cum usuraria pravitas in Civitate et Dioecesi Ratispon. in quibus Judaei in copia tunc degebant, ita invaluisset, ut ipsi Judaei se publice super recipiendis usuris conductos et privilegiatos jactitarent, et illo colore freti indies christianorum facultates adeo exhaurirent, ut eisdem vix vitam miseram relinquerent, usurasque summis capitalibus connumerarent, Joannes Administrator Ecclesie Ratispon. atten-

dens, quod canonica auctoritas Judaeos ad remittendum usuras Christianis compelli praecipiat, et tam veteris, quam novi testamenti Scriptura usurariam pravitatem detestetur, generale statutum condidit ac districte praecipiendo inhibuit, ne judex aut officialis querimoniam seu petitionem in judicio super quacunque usura a quovis Judaeo admitteret vel reciperet. Papa Leo confirmat hoc statutum et inhibitionem. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae 1517. VII. Idus Junii, Pontificatus nostri anno quinto.

Hundii Metrop. I. 182. Edit. Ratisbon.

Num. MCLXXX. 1517. 24. Julii. Ex Originali.

Sentenz über die in Thann vom Pfarrer in Penting zu haltenden pfärrlichen Verrichtungen.

Wir Johanns von Gotes genaden Administrator zu Regensburg, Pfaltzgrave bei Rein und Herzog in Bairn etc. bekennen und tun kunt offenlich mit dem Brief. Als sich zwischen unserm besonders lieben Achatzen Notthaft zu Thann aines, und unsers lieben getreuen Erhard Klörl Pfarrers zu Penting andern Tails des Gotesdiensts halben Spenn und Irr gehalten, derhalb si vor unsern Reten in gütlicher Verhör erschinen, und nach wol gütlichen Underreden solche Irr frei und willig auf unsre Rete compromittirt und gegangen, also was die zwischen Inen darin ordnen, machen und entschaiden werden, das sy es beider Seits on alle Weigerung zu Dank und ganz völligen Benügen annehmen, treulich und stät halten, dem Genüg und Volge tun wellen, wie sie dann das zugesagt und angelobt haben; darauf sie unsre Rete der sachen beladen und mit eines jeden Vorwissen erkennt, gesprochen und entschiden, wie hernach volgt: 1. Soll Pfarrer zu Penting an sand Barbara Tag durch sein selbs, oder seines Vikari Person den Gotsdienst mit Mefs-Singen, oder Lesen zuthun volbringen, wo es aber dermassen nicht sein möcht, sol er Pfarrer oder sein Vikari einen andern erbern Priester schickhen, und was auf demselben Tag in die Tafll gefellt, soll im Pfarrer, gleichwie an andern Festen und Tägen, wo er da den Gotesdienst volbringt, 1/3 zugestellt werden samt der Lieferung, so er im Sitz daselbst empfahen soll. 2. Soll Pfarrer oder sein Verweser schuldich und pflichtich sein, in der Vasten das Volk zu Thann und Hülstet Beicht zu hören, und allda soll ihm von je-

dem Haus ein Metzen Haber samt dem Beichtgelt on Widerred geben werden; wer sich aber des weigert, der sol zu Penting bei der rechten Pfarrkirchen beichten, so ist er des Habern ledich. Sofern aber einer den Haber nicht hete zugeben, sol er dafür soviel Geltes, wie dann zu derselben Zeit der gemain Kauf ist, bezallen. 3. Zu österlichen Zeiten sol Pfarrer oder ein Verweser auf Eritag nach dem Palmtag in der Kapelln zu Thann dem Edlmann, sein Hausfrau, Kinder, Hausehehalten mit dem hochwürdigen Sacrament unsers Herrn Fronleichnams versehen mit samt den kranken Leuten und schwangern Frauen, die andern sollen in diesem Fall die rechte Pfarrkirchen Penting heimsuchen. 4. Den dritten Tail grossen und kleinen Zehents, so dem Pfarrer von Rechts wegen und alten Herkomen zugehörig ist, soll Achatz Notthaft und seine Nachkhomen dem Pfarrer oder seinem Verweser zugeben schuldich sein, auch den bei seinen Undersessen zu geben verfügen, inmassen bei andern pfarrleuten daselbs gehalten wird, treulich on Gevärde. 5. Für den Rueben- und Krautzehent der Zwiprach von den Höfen und Gütern, so fern Achatz Notthaft anzeigt, das dafür 1 Hof nicht mer, dann 10. Wiener, 1/2 Hof 5 Wiener, und 1 Garten 5 Wiener zu geben schuldig sei, dabei soll es bleiben, wo nicht, sollen die eben gleich mit andern Höfen, halben Höfen und Gärten, so in der Pfarr gelegen, verzehent werden. 6. und letztens, die kranken Leut zu versehen in den Nötten, soll Pfarrer oder sein Verweser gein Rötz oder Sebarn, damit Niemant verwarlost werde und unversehen bleibe, wie vormallen auch beschehen, Bevelh geben. Damit sollen die Tail, ire Irr auf ein stetes ewiges End gericht, geaint, vertragen, und kein Tail dem andern Neues, noch Weiters, dann was dieser Spruch ausweiset, schuldig sein, getreulich und ongevärlich. Des zu Urkund haben wir dem bemelten Pfarrer zu Penting auf sein Begeren difs unsrer Rete Spruchs einen Brief mit unserm anhangenden Secrete gesigelt geben zu Regenspurg Freitags nach Maria Magdalene, und nach Christi unsers lieben Herrn Geburde im 1517 Jar.

Sigillum Administratoris adpendet cum Leone, rhombis et litteris:

I. A. R.

Num. MCLXXXI. 1519. 2. Junii. Ex Originali.

Indulgentiae concessae neoerectae Capellae ad speciosam Virginem Mariam Ratisbonae.

Raphael Ostiensis, Bernardinus Sabiensis, Dominicus Protuensis, Franciscus Praenestin. et Nicolaus Albanen. Episcopi, Thomas tit. sanctorum quatuor Coronatorum, Adrianus tit. S. Sabinae, Joannes tit. S. Balbinae, Joannes Dominicus tit. S. Joannis ante portam latinam, Scaramsizia tit. S. Cyriaci in Tiberinis, Pomerius tit. duodecim Apostolorum, Dominicus tit. S. Bartholomaei in insula, Ferdinandus tit. S. Pancratii, Aloysius tit. S. Clementis, Silvius tit. S. Laurentii in lucina, ac Franciscus tit. S. Calixti, Alexander S. Eustachii, Marcus S. Mariae in via lata, Amandus S. Nicolai in carcere Tulliano, Sigismundus S. Mariae novae, Bernardus S. Mariae in porticu, Innocentius S. Mariae in Dominica, Paulus S. Nicolai inter imagines, Alexander ss. Sergii et Bachi, ac Hercules S. Agathae diaconi miseratione divina S. R. E. Cardinales, Universis et singulis Christi fidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera charitatis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti consulimus. Cupientes igitur, ut Capella sive altare in Synagoga seu loco, ubi Ebraei seu Judaei suam olim faciebant synagogam, in Civitate Ratispon. noviter ad Dei omnipotentis laudem et honorem B. M. V. sub invocatione B. M. pulchrae erecta et instituta, ad quam, sicut accepimus, dilecti nobis in Christo honorabiles viri Simon Schwebel cammerarius, et Caspar Amman cives ejusdem Civitatis singularem gerunt devotionis affectum, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus jugiter veneretur, ac in suis structuris et aedificiis debite reparetur, conservetur et manuteneatur, necnon libris, calicibus, luminaribus, ornamentis Ecclcis, ac rebus aliis divino cultui necessariis decenter muniatur, utque Christi fideles ibi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, et ad reparationem, conservationem, manutentionem ac munitionem praedictas manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, nos Cardinales praefati, videlicet quilibet nostrum per se supplicationibus Simonis et Casparis praedictorum nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere poenitentibus et confessis, qui Capellam sive altare praedictum in singulis, videlicet Annuntiationis, Nativitatis et Conceptionis ejusdem B. Mariae,

sanctae Annae ipsius matris, ac Capellae sive altaris hmoi dedicationis festivitatibus et diebus a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive devote visitaverint annuatim, et ad praemissa manus porrexerint adjutrices, pro singulis festivitatibus et diebus praefatis, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem litteras nostras hmoi fieri, et nostrorum Sigillorum jussimus appensione communiri. Datum Romae in domibus nostris anno a nativitate Domini 1519. die vero secunda mensis Junii, Pontificatus ſsmi in Christo patris et domini nostri, domini Leonis divina providentia Papae X. anno septimo.

Adpendent 25. Sigilla Cardinalium.

Num. MCLXXXII. 1521. 4. Januarii. Ex Impresso originali.

Joannes Administrator Epatus Ratisbon. communicat suo Clero dioecesano Leonis Papae Bullam contra errores Martini Luther et sequacium emanatam.

Joannes Dei et Apostolicae Sedis gratia Administrator Ecclesiae Ratispon. Comes palatinus Rheni, et Bavariae dux. Universis et singulis nobis in Christo dilectis Ecclesiarum et Monasteriorum etiam exemptorum Praelatis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Capitulis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis, caeterisque Presbyteris, Clericis, Notariis et Tabellionibus publicis per Civitatem et Diocesim Ratisponen. ubilibet constitutis, ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint, quosque praesens tangit negotium, salutem in dno, et nostris, immo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, nos vigore litterarum sanctissimi in Christo patris et dni nostri dni Leonis divina providentia Papae decimi contra quemdam fratrem Martinum Luther ordinis sancti Augustini heremitarum, ejusque adhaerentes, complices, fautores et receptatores occasione erroneae atque piarum mentium seductivae doctrinae ac scripturarum dicti fratris Martini nuper Romae decimo septimo Calendas Julii, anno vicesimo emanatarum, per venerabilem, egregium, nobis sincere dilectum magistrum Joannem Eckium sacrae Theologiae et Canonum doctorem, praefati domini nostri Papae ad infra scripta nuncium jam saepius esse requisitos, quatenus easdem litteras apostolicas, seu illarum transsumpta publica per dictas Civitatem et Diocesim nostras publicari curaremus, unde requisitioni ac

Pangratz von Gotes genaden Bischof zu Regenspurg. Unsern Grus zuvor. Ersamer, lieber Getreuer! Uns langt an, wie Pfleger zu Wetterfeldt und ain Rat zu Roting bei euch angesinnet haben, das ihr die Communion under baider Gestalt euerm Pfarrvolk raichen

solt, und wie ihr Vorhabens seit, euch (als auch ander etlich Priester gethon,) zu verheuraten. Nun haben wir baide Artickel nicht gern angehört, glauben auch nicht, das Pfalzgraf Friderich Churfürst, oder Jemands seiner Genaden halben solches Werkh anschaffen in Bedenkung, das in der Religion sachen jetz zu Wormbs auf dem Reichstage mit Verleihung des Almechtigen die Röm. Kais. und Kön. Majestät samt den Reichsstenden den untzhero in geistlichen sachen eingerissenen Misverstand zu einem Ort oder Reformation und auf das wenigst, wie man zu vollkomner Vergleichung in Kurtz kommen mög und inner der zeit sich halten sol, ein Abred und Beschlufs machen werden: begeren darauf im Ernste schaffend, ihr wellet bei der alten Religion und Kirchenordnung, und unverheurat verbleiben, das geraicht uns zu genedigem Gefallen, und ihr befürdert daran euer selbst Wolfardt. Datum in Werd den 22 May anno 45.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCXXXVIII. 1548. 5. Octobris. Ex Originali.

Paulus Papa III. confirmat Georgium Canonicum Ecclesiae Ratispon. ex nobili et militari genere de Pappenheim procreatum, ac in Presbyteratus ordine constitutum, post obitum Epi Pangratii via mixta scrutinii et compromissi per Capitulum concorditer electum in Epum Ratispon. de cujus litterarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicum virtutum donis fide digna testimonia perhibentur, cum mandato, ut curam et administrationem sibi in spiritualibus et temporalibus commissam sic exercere studeat fideliter et prudenter, ut Ecclesia Ratispon. gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ipseque praeter aeternae retributionis praemium Apostolicae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi mereatur. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1548. III. Non. Octobris, Pontificatus nostri anno decimo quarto.

Plumbum: Paulus PP. III.

Eodem anno et die super praedicta Confirmatione datae sunt Bullae consuetae ad Imperatorem Carolum V. ad Archiepum Salisburg. ad Capitulum, Vasallos, clerum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisbon. cum indulto, recipiendi munus Consecrationis.

Num. MCCXXXIX. 1548. 8. Octobris. Ex Impresso originali.

Indictio Synodi dioecesanae 13 mensis Novembris celebrandae.

Wolfgangus de Closen decanus, Wilhelmus Peuscher senior, totumque Capitulum Ecclesiae Ratispon. universis et singulis dnis Abbatibus, Praepositis, Decanis, caeterisque Ecclesiarum tam collegiatarum, quam regularium et parochialium Rectoribus, ac Presbyteris curatis et non curatis per Civitatem et Diocesin Ratispon. ubilibet constitutis, ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint, salutem et fraternam in dno charitatem. — Germanicae Ecclesiae catholici Antistites in proximis Imperialibus Comitiis Augustae celebratis praesentes, ac absentium oratores ibidem existentes concorditer statuerunt, provincialium et Episcopalium Synodorum, nec non visitationum, quae dominici agri praecipua sunt cultura, pro instauranda et conservanda orthodoxa Religione ac reformatione, pace, unitate et incremento Ecclesiae, ac fidelium aeterna salute, et in praesenti saeculo temporaria prosperitate promovenda, in pristinum et debitum usum revocandarum occasionem nequaquam diutius, praesertim in tam urgenti Ecclesiae et Nationis Germanicae necessitate, esse negligendam. Et ideo, adhortante etiam ipsos ad hoc Imperatoria Majestate et mentem suam desuper in formula quadam in scriptis redacta declarante, ac sanctissimi hujus operis festinum aggressum, continuationem, et optatam consumationem in praemissis Comitiis sollicite urgente, Antistites praedicti ulterius unanimi sententia in hoc convenerunt, ut pro praemisso debito, et admodum necessario pastorali officio suo, omni ulteriori mora sublata, quae hactenus plurimum nocuit, exequendo, Episcopales synodi ad instans festum sancti Martini, Provinciales vero ante Quadragesimam proxime venturam celebrentur. Post quam initam, et conclusam deliberationem, ejusque Majestati Caesareae promissam exequutionem, quum statim Ecclesiae nostrae sedes Episcopalis per obitum Reuerend. in Christo patris Domini, Domini Pangracii piae memoriae Episcopi nostri vacasset, voluissemus utique totum hoc indicendae, et celebrandae synodi negocium in Apostolicam confirmationem Reuerend. in Christo Patris, et Domini Domini Georgii Electi nostri suspendere, eidem Domino nostro Electo in hoc munere exequendo deferre (sicut decet) cupientes. Verum quoniam plurimum vereamur, Confirmationem praedictam in debito termino praefato minime affuturam, visumque sit, nequaquam nobis licere, ut Ecclesia nostra a supra memorato Catholicorum Antistitum totius Germaniae communi con-

sensu edito admodum necessario Decreto resiliat, illique contraveniat, seu suspensionem, aut prorogationem aliquam in illo faciat; Quum etiam subsequenter praefata Caesarea Majestas post finita Comitia Imperialia praedicta, omnes et singulos Antistites praefatos, ad praemissa omnia, quae in dictis Comitiis per ipsos conclusa et promissa sunt prosequenda, et juxta ipsorum receptionem ad effectum perducenda, per novas et speciales literas seriosius admonuerit, et requisiverit: Ideo ne quid omittatur, quod ad tam sancti, pii et admodum necessarii operis consumationem faciat, neve Ecclesia nostra de aliqua circa hoc negligentia, et omissione possit redargui, illaque a Deo et hominibus de manibus nostris requiri, nos Decanus et Capitulum praefati, quibus cura et administratio Episcopalis ante praedicti Electi nostri Apostolicam Confirmationem incumbere, et pertinere dignoscitur, vos Dominos Praelatos, et alios suprascriptos, ac vestrum quemlibet tenore praesentium in domino hortamur, evocamus, requirimus, et monemus, vobisque nihilominus et cuilibet vestrum in virtute sanctae obedientiae, quantum de jure possumus, et debemus, praecipiendo mandamus, quatenus feria tertia post festum sancti Martini proxime venturum, quae erit tertius decimus dies Mensis Novembris immediate futuri, mane hora primarum in Ecclesia Cathedrali Ratisponen. personaliter compareatis, et quilibet vestrum, omni illegitima exceptione semota, compareat. Quilibet etiam Decanus ruralis, convocatis ante terminum praedictum in loco, et die competentibus Decanatus sui Plebanis, facta eis praesentium literarum insinuatione, et praemissa debita defectuum, et eorum, quae necessaria fuerint, inquisitione, et admonitione, quatenus haberi possint, unum, vel duos ex potioribus, cum aliorum mandato sufficienti, juxta formulam ipsi Decano transmissam, etiam si opus fuerit, in ejusdem solius Decani, vel in ejus defectum, in alterius per Congregationem ad hoc deputandi Presbiteri personam expediendo, deputari faciat, quos una secum, omnium fratrum nomine et communibus illorum sumptibus comparituros adducat ad Synodum dioecesanam una nobiscum, ad honorem, et gloriam omnipotentis Dei, suaeque Ecclesiae restitutionem, inchoandum, celebrandum et salubriter perficiendum, et insuper ad videndum, et audiendum, quae pro haeresibus, scismatibus, et erroribus extirpandis, pro orthodoxa religione et doctrina stabilienda, pro sacramentorum recta et catholica administratione reducenda, pro morum et excessuum reformatione statuenda, pro gravaminum contra immunitatem Ecclesiae introductorum amolitione facienda, et quae pro aliis Ecclesiae, et

communi Clero hujus Diocesis incumbentibus necessitatibus visa fuerit expedire, in medium proponi, tractari, et praevia consultatione matura concludi, et consummari, et ad eadem consultandum, concludendum, consummandum, et amplectendum. De praesentatione vero, et insinuatione praesentium Nuncii nostri in hac parte jurati stabimus relationi. Datum Ratisponae, sub Sigilli nostri Capitularis appressione, die lunae octaua Mensis Octobris, Anno Domini 1548.

Cum Sigillo Capituli impresso.

Num. MCCXL. 1549. 23. April. Ex Originali.

Litterae subsidium charitativum a Monasterio superiori exigentes.

Venerabilis in Chro dna observanda, salutem et sinceram in Dno charitatem. Quid Reverendissimus in Chro pater, et dnus dnus Georgius Epus Ratisponensis, dnus noster gratiosus in posteriori synodali Congregatione nuperrime heic habita et celebrata cum Reverendis patribus dnis Prelatis, Prepositis, ac omni Clero diocesi subjectis ratione gravissimorum onerum, quibus Rvdma sua amplitudo hisce difficillimis temporibus plurimum premeretur, egerit, atque inpresentiarum tractaverit, quo etiam ad necessitatem exigendi charitativi subsidii in tantis difficultatibus descendere coacta sit, ea omnia existimo Venerabilitati vre nota esse, et in recenti herere memoria: quoniam autem dominatio vestra per suum missum procuratorem, ceterique prelati cum universo Clero, qui tunc aderant presentes, postulationi Rvmi Presulis nri Ratisponensis de charitativo subsidio prestando non modo consonam patrum decretis, atque canonice equitati, sed etiam ob adeptam haud ita pridem Episcopalis mitre dignitatem maxime necessariam judicassetis in ejusmodi Contributionem pro ea, quam quisque Ordinario suo debet, obedientia haud gravate consensistis; Inprimis autem vra Venerabilitas ac totus prelatorum ordo, tum pro sua erga Rdmum Presulem vestrum observantia, tum pro maturiore hmoi negocii confectione suam quisque pro rata portionem ad unicum tantum terminum, videlicet ad ferias pentecostes proxime futuras integre persoluturos promisistis: quapropter ex speciali Commissione dicti Rvdmi dni nri Ratisponensis taxam monrium atque Prelaturam vram concernentem, quemadmodum prius etiam imposita et soluta existit, videlicet 36. florenos Renen. dominationi vre venerabili his litteris nris assignandam et signi-

ficandam dreximus, summopere rogantes, quatenus ad prescriptas Penteeostes ferias attributam pecunie summam ministerio nro ad hoc negocium perceptionis specialiter deputando benevole adsignare velitis, vicissim ab eodem apocham sive quietantiam dari solitam et consuetam omnino recepturi, ac insuper personam vram in hac parte ita pronam et obsequentem exhibeatis, ut de vra erga Rvdmum dnum nrum obedientia et benevolentia tanquam Ordinarium suum plenario valeatis testimonio commendari. Valete feliciter. Ratispone die Martis 23. Aprilis, anno dni 1549.

Joannes Delicasius juris doctor Can. et Vicarius Ecclie Ratisponen. ss.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCXLI. 1550.

„Anno Domini 1550. Georgius Epus Ratispon. contra Senatum Ratisponensem disceptavit coram Imperatore Carolo Augustae comitia celebrante super gravaminibus sibi de religione et aliis rebus illatis, quae lis nonnihil tandem anno sequenti discussa est, ut Ratisponenses cives nulla Ecclesia abuterentur amplius in Parochiam pro suo Lutheranismo, nec privata coemiteria alibi instituerent, sed Ecclesias et Monasteria hactenus usurpata redderent Episcopo, in profanis vero rebus sententiam caesaream deinceps exspectarent. Ibi Senatus Ratisponensis quaesivit ab Epo, si restituerent Ecclesiam speciosae Virginis, et suos praedicantes, ut vocabant, dimitterent, per quem Parochum et in qua Ecclesia habituri sint utriusque speciei communionem sibi a Caesarea illa declaratione permissam? Epus respondit, indultum se habere Apostolicum, secundum quod, si se conditionibus illic expressis submitterent, se rem dispensaturum et dispositurum omnem, ne assuetis et ab utriusque speciei communione discedere nolentibus etiam in hac re quidquam desit. Sed non audierunt illi, imo reformationem Cleri postulabant."

Hochwartus apud Oefel. I, 237.

Num. MCCXLII. 1551. 24. Dec. Ex Diplomatario.

Georgii Episcopi Ratisbonensis Instructio pro Doctore Laurentio Hochwart ac aliis suis Nuntiis, oratoribus seu Legatis ad sacrosanctum universale Concilium Tridentinum mittendis, juxta quam negotia totius reipublicae christianae, et in specie Dioecesis Ratisbonensis, ac Ecclesiarum animarumque ipsius pastorali curae commissarum summa, qua par est, diligentia agere et consultare debent.

Cum Oratores nostri cum mandato nostro Tridentum ad sacrum oecumenicum Concilium pervenerint, ibi suam praesentiam unacum nostro mandato Ssmi Domini nostri praesidentibus seu locum tenentibus praemissa nostra honorifica salutatione loco et nomine nostro exhibeant, venerationem et reverentiam, quam sacrosanctae Sedi, ut decet, debemus, cui etiam per omnia et in omnibus cupimus esse obsequentes, quam humillime exponant. Causas nostrae absentiae et pericula, quae procul dubio hoc statu rerum evenire possent, si ab Ecclesia et Dioecesi nostra brevi tempore nos abesse contingeret, Reverendis dominis praesidentibus ac Patribus reliquis bona fide et diligentia ac etiam Sacramento in animam nostram, si opus fuerit, praestando proponant; deinde sedulo exponant, quibus quantisque studiis Senatus et communitas Civitatis Ratisbonensis religionem nostram catholicam et Ecclesiae sacrosanctae auctoritatem contemnere, ac universum Sacerdotum ordinem supprimere conantur, subinde alium atque alium Sacramentorum usum, quem Ecclesia catholica instituit, cum omni fere spirituali jurisdictione sibi usurpantes; nos vero quam gravem et fortem — ut vigilantem pastorem decet, — propugnationem contra eos sustinuerimus et etiam sustineamus, actiones nostrae coram sacra caesarea Majestate, deinde coram illius Commissario institutae et adhuc indecisae pendentes abunde declarant. Studeant praeterea nostri omnibus modis se sanctorum Patrum, qui Concilio intererunt, Decretis in his, inprimis, quae Christi gloriam, deinde Ecclesiae catholicae salutem, tranquillitatem et concordiam, denique pacem erga hostes fidei respiciunt, conformare, nocentissimas sectas et earum authores et principes ad unionem orthodoxae fidei Sacramentorumque omnium reducere, totius denique universalis Ecclesiae augmentum, commodum et pacem procurare, in aliis vero, quae politicum ejusdem Ecclesiae statum et Ordinationem, sive etiam Caeremonias respiciunt, nunquam ab Oratoribus Metropolitani, nostrorumque fratrum Coepiscoporum Salzeburgensis Provinciae et eorundem consultationibus deflectant, sed se illis per om-

nia conformes exhibeant. In Suffragiis dandis omnem adhibeant curam, ut possint obtinere vocem (ut vocant) decisivam, ac non solum consultivam, quandoquidem nos prae caeteris Coepiscopis nostris ab hoc hominum genere potissimum turbamur, qui a catholica unione dissidentes omnem Ecclesiae dignitatem, omnia divina humanaque jura, omniaque Majorum pie sancteque instituta nocentissimis suis doctrinis evertere conantur, quorum haud exiguus numerus in nostram Dioecesin tacite subrepsit. Caeterum si de sessione et loci praerogativa orietur quaestio, noverint nuntii nostri, se ad inferius latus Reverendi et illustris principis Henrici Comitis Palatini Rheni ac Bavariae Ducis, Administratoris Frisingensis, amici nostri charissimi aut illius oratorum sedere oportere. Collocata aliquantisper christianae reipublicae nave veluti in tranquillum tutumque aliquem portum, nostri oratores se ad gravamina tam Ecclesiae, quam Dioecesis nostrae, simulque omnium clericorum nostrorum, inprimis vero, quae nos ipsos concernunt, unacum illis, quae Salzeburgensis provincia in justum quendam librum conscripsit, convertant ac desuper cum aliis Coepiscoporum consiliariis et nuntiis prorsus tollenda, si fieri poterit, et ne facile in posterum repullulent, exquisita remedia excogitent et inveniant. Non ignorant oratores et Legati nostri, Clerum nostrum Ratisponensem ad praestationem annui tributi ducentorum florenorum a senatorio Ordine Civitatis Ratispon. metu illo, qui in constantissimum virum cadere possit, coactum et compulsum fuisse, quae quidem contributio, vel potius exactio hactenus magno nostro nostrorumque incommodo persoluta est et etiam nunc persolvitur. Cum autem ea non diutius, quam ad futurum aliquod generale Concilium ex pacto promissa sit, volumus propter conditionis istius adjectionem, ut nuntii nostri pro exoneratione tanti gravaminis in hoc Concilio summa contentione laborent, quatenus clerum nostrum a diutina illa et molestissima ducentorum florenorum exactione (uti omni jure par est,) liberent, huc adducentes Ecclesiae privilegia, jura et immunitates a summis Pontificibus et Caesaribus omnibus Ecclesiis, specialiter vero nostris Antecessoribus concessa, et praesertim decretum Caroli V. Imperatoris catholici et omnium statuum Imperii Comitiis tricesimo anno Augustae habitis emanatum. Nonnulla oppida nostrae Dioecesis in vilipendium et contemptum laudatissimi sacrificii missae temerario quodam ausu omnes census, redditus et proventus vacantium beneficiorum, et quorum possessores non resident, ad manus suas percipiunt hoc praetextu seu specie boni, quod ex iisdem fructibus domos, aedificia et praedia ad ipsa

beneficia spectantia reficere et in decenti structura conservare velint, cum tamen nihil horum omnino praestent, neque fundationi quoad cultum divinum satisfaciant, etsi beneficiati absentes per substitutos suos missarum solemnia celebrare, et quae officii eorum sunt, adimplere studeant, nihilominus tamen propterea, quod veri possessores absentes censentur, neuter ullum ex beneficio fructum consequitur, hoc est neque institutus, neque substitutus in beneficio, quinimo ut nobis tanquam Ordinario de administratione sua calculum seu rationem ponant, nulla persuasione adduci possunt, quod exemplum principes ac nobiles, multique alii jus patronatus habentes falsa persuasione imitantur. Item sunt et quaedam Civitates, quibus competit jus praesentandi ad plura beneficia, quae tamen neminem ad ea praesentant, nisi eum, qui pauperibus vel ad pias causas certam summam pecuniariam elargiatur, quam tandem illi ipsi in alienos usus convertunt, deinde etiam sacerdotes et beneficiatos adigunt, ut publico instrumento repromittant, se nemini, nisi in manus patronorum beneficia sua resignaturos, qui quidem articulus ad gravamina provinciae Salzeburgensis haud incommode referri poterit. Huic proximo articulo connumerari debent, qui domos et praedia Sacellorum, ad quae habent jus praesentandi, sibi ipsis vendicant et in profanos suos usus convertunt; detestabiliores reliquis omnibus ii sunt, qui Sacella et pia loca, quae in privatis aedibus habent, demoliuntur et in formam cubiculi aut conclavis convertunt, redditus eorundem rei familiari connumerando, qui quidem omnes merito spoliatores, sacrilegi ad restitutionem rerum ecclesiasticarum cogi optimo jure possent et deberent, prout etiam fieri optamus et desideramus. Dolenter referimus, in nostra Dioecesi atque adeo Civitate Ratisponensi, in qua Sedes nostra Episcopalis existit, inveniri quosdam, qui forte propter delictum in legem conjugii repudiatis suis uxoribus permittente Senatu alias superinducere ausi sunt, prioribus uxoribus adhuc superstitibus. Pariter multi reperiuntur utriusque sexus homines, qui in prohibitis gradibus matrimonium contraxerunt, puta in secundo et tertio consanguinitatis, affinitatis et cognationis spiritualis gradu, numerosa prole ex eisdem suscepta. Item multi in conjugio sunt constituti, qui confirmationis Sacramentum non receperunt, in his casibus opus esset indulto aliquo Apostolico, vel quod idem valet, decreto Concilii, pro quo nostri sollicitabunt. Quemadmodum proculdubio determinabitur in consultatione universali conjugium Sacerdotum etiam bigamorum, cum quo articulo bene conjungerentur superiores abusus, nempe qui duas uxores duxissent, aut qui in prohibito gradu

gradu contraxissent. Verum ad scandala tollenda optamus pro nostra Dioecesi in similibus casibus peculiarem quandam dispensationem. Cum de dispensatione Apostolica ex causis supra adductis egimus, non abs re fortasse esset, si nostri consiliarii inquirerent, an ad certos annos, vel ad certum numerum personarum concederetur nobis tanquam Ordinario indultum etiam in mense Apostolico, conferendi beneficia curata et cum his canonicatus et praebendas tam Collegiatarum, quam cathedralis Ecclesiae nostrae Ratisponensis, simulque uniendi beneficia quaecunque et qualiacunque, propterea, quod non sint competenter et fundata et dotata, quando haec et similia videmus hodie per saecularem potestatem fieri, quae solet etiam curata beneficia in eodem mense Apostolico quibusvis conferre, idque ex avita quadam successione consuetudineque, vel etiam ex indulto Apostolico sibi licitum esse affirmantes, quae quidem privilegia, si eis concessa sunt, multo justius Ordinariis concedantur. Hoc in loco nostro desiderio satisfieret, si in eodem mense saltem eas Ecclesias nobis Capituloque nostro conferre daretur, quarum jus patronatus citra exceptionem nobis ac Capitulo nostro competit. Quam enormes vero excessus circa Ecclesiarum et Beneficiorum possessiones dandas hodie contingant, neminem existimamus ignorare. Illud tamen novum atque nuperrimum inventum est, quod saeculares triplicem pecuniam pro possessione reali danda exigunt: prima datur principi terrae, secunda praefecto, sub cujus jurisdictione temporali jacet Ecclesia, et tertia alteri praefecto, sub cujus praefectura est domus dotis; hisce praefectis ac scribis cum eorum comitibus praeter ingentem pecuniam dandum est prandium lautum ac sumptuosum, quo fit, ut expensa unius Ecclesiae pro possessione accipienda ad 30 aut 40 et plures florenos assurgat, quae non minima causa videtur, cur tam pauci hodie ad sacros clericorum ordines aspirare velint. Praecedentibus dispensationibus non incommode annectatur dispensatio super aetatis legitimae defectum, quae ad augendam religionem pietatemque hominum cumprimis conducere videtur, praesertim illis concedenda, qui magno desiderio initiari cupiant sacris Ordinibus; nam cum multa messis sit, et operarii pauci, optamus, eam nobis dari facultatem, ut a vigesimo aetatis anno usque ad vigesimum quintum inclusive cum ordinandis usque ad revocationem summi Pontificis dispensare nobis liceat; videmus enim fere fieri, ut eruditio atque industria suppleat quandoque aetatis defectum. Quoniam nostri tanquam Ordinarii plurimum referre videtur, ne propter quorundam etiam exemptorum Praelatorum malam administrationem

et bonorum ecclesiasticorum alienationem Monasteria pessumdentur, jubemus, ut nostri Legati statum et administrationem duorum illorum Monasteriorum sancti Jacobi, et Prioratus apud sanctum Petrum consecratum heic Ratisponae Ord. S. Benedicti ad Scoticam nationem spectantia ad Praesidentes quam primum referant atque consilium maturum capiant. Praeterea est in Dioecesi nostra Monasterium Sanctimonialium ordinis Praedicatorum, cognomento Pettendorf ad sesqui milliare Ratisponá distans, quod cum fuisset sub ditione illustrissimi principis Ottonis Henrici Comitis Palatini Rheni et Bavariae Ducis, omnibus monialibus potestas facta est exeundi claustra Monasterii sui; quae cum exivissent, praefatus princeps omnes fere decimas, sine quibus antedictum Monasterium redintegrari et restaurari non potest, in perpetuum vendidit et alienavit, reliqui vero fundi, census et redditus ad ipsum Monasterium spectantes sacra caesarea Majestas, cum potitus Ducatu (Palatino - Neoburgico) fuisset, dono dedisse fertur Reverendo patri domino Petro Zoto suae Majestatis confessori pro erigendo publico Gymnasio seu Scola Dilingensi ad Revmum Cardinalem Augustanum pertinente, *quod ideo* heic narratur, ut cum de restitutione bonorum ecclesiasticorum in Concilio tractabitur, hujus quoque Monasterii ratio habeatur, cujus decimae magni alioquin valoris, minimo tamen pretio venditae et alienatae sunt. Reliqua, quae cum ad rempublicam christianam universalem, tum hanc nostram Ratisponensem reformandam, augendam et conservandam pertinere et expedire videbuntur, nostrorum oratorum prudentiae, sagacitati, fideique committimus. Datum Ratisponae pridie Nativitatis Domini anno 1551.

Num. MCCXLIII. 1552. 11. Augusti. Ex Originali.

Albrecht Herzog in Ober - und Niederbaiern bestättigt und erneuet dem Domkapitel in Regensburg dessen gegen die Landesherren zeither thätig bezeigter Anhänglichkeit wegen sämtliche von den bair'schen Herzogen bisher erhaltene Privilegien, und nimmt selbes in seinen besondern Schutz und Schirm, doch den Landesfürstlichen Obrigkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeit unvergriffen und ohne Schaden. „Wir gepieten darauf allen und jeden unsern Vitzthumen, Statthaltern, Pflegern, Rentmaistern, Jägermaistern, Landrichtern, Castnern, Zollnern, Ungelltern und allen unsern Ambtleuten gegenwürtigen und künftigen mit gantzem Ernst, und wöllen, das ir die vorgenannten Brobst, Dechant und Capitel vermelten

Thumbstifts bey angezaigten unserer Vorfarn Privilegien, Freyheiten und Begnadungen, und dieser unserer Erneuerung und Bestättigung mit der Masse, als vorgeschriben stet, unbekrennckht bleiben lasset, dawider nit handlet, noch solches Jemand andern zu thun gestattet; darzu wöllen wir uns gäntzlich verlassen. Des zu Urkhund haben wir inen disen Brief mit unserm anhangenden Secret - Insigel besigelt geben in unser Stat München am Pfintztag den ailften des Monats Augusti, nach Cristi unsers liben Herren und Seligmachers Geburde, als man zalt 1552 Jar."

Sigillum Ducis illaesum adpendet.

Num. MCCXLIV. 1555. 10. April. Ex Originali.

Pfalzgraf Ott - Heinrichs Schreiben ans Domkapitel zu Regensburg, einen Beitrag zur Unterhaltung der luther'schen Kirchendiener in Schwandorf betreffend.

Unsern Gruſs zuvor. Würdig, Ersam und Hochgelehrte, Lieb besondere! Ihr wisst, das die Pfarr in unser Statt Schwandorf, daran euch das jus patronatus zusteht, aine grosse Commun hat, auch demnach ainer nicht geringen Fürsehung bedarf, und derhalb eben vil Personen des Orts unterhalten werden müssen, welche jetzo der Zeit, und diweil die Päbstische accidentialia, als unserer Religion zuwider, nit mer, wie vor Alter gegeben, noch gefodert werden, und doch gleichwol nichts minder auf die Kirchendiener dasjenige gewendet werden muſs, das ziemlich und billig ist, damit das Pfarrvolk an christenlicher Fürsehung nicht Mangel leiden darf; Nachdem aber Ir selben die Lehenherrschaft, und nicht ein geringes jährlich von der Pfarr einzunehmen und zugeniessen habt, also billig Hielf und Darlegung thun, dadurch also euer jus und Gerechtigkeit erhalten sollt, so ist unser gnediges Ersuchen und Beger an euch, Ir wellet der Notdurft nach, und damit fürohin die Kirchendiener des Orts zu Schwandorf nottürfticlich erhalten werden mögen, in craft euer Lehen und anderer bisher angemaster Gerechtigkeit und Nutzung des Orts jährlich zur Pfarr was statliches addiren und also euch mithielflich erzaigen und halten, damit die Pfarrer und Kirchendiener ain Auskommen und Bleiben haben könnten, und irem Amt und Dienst nottürftig auswarten mögen, wie auch nicht verursacht werde, im Fall allain der Unterhaltung halben in Fürsehung der Kirchen Mangel entstünd, ander gebürlich Einsehen zutun, darzu wir aber doch nicht genaigt sind, sondern es lieber umbgeen, haben wir euch gnediger guter Mainung nicht verhalten wellen,

euer schriftlichen Antwort hierüber bei diesem Poten gewartend. Datum Neuburg den 10 April 1555.

Sigillum a tergo est adpressum, mit angezeigten Anfangsbuchstaben O. H. P.

Num. MCCXLV. 1556. Ex Diplomatario.

General-Mandat ad Clerum Provinciae Salisburgensis in Betreff einer Instruction für die Prediger etc.

Nachdem laider die verfürer'schen und verpotenen Secten an mererlay Ortten unsers Erzstifts und Provintz also eingerissen, dafs wo mit zeitigem Rat den Dingen nit gewert wird, von Tag zu Tag der Abfall nur grösser zugewarten, und wir bei uns erwogen, dafs, wie zum Thail solch Ketzerey durch etliche verfürer'sche Predikanten in unser Provinz khummen, also wiederumb füglicher nit, dann durch christliche catholische Leer und ainen erbarlich priesterlichen Wandl ausgetilgt und der eingerissenen Neuerung abgeholfen werden möge. Demnach und damit an unserm obliegenden Ampt nichts, das zur Ausreittung des Bösen und zu Wiederpflantzung der reinen götlichen Leer dienstlich ist, unterlassen bleibe, so haben wir uns mit unsern Mitbischoven, und herentgegen si sich mit uns ainer Instruktion *) aus der heiligen göttlichen und apostolischen Schrift, Tradition und der löblichen Altväter gottseligen Leeren gezogen, — deren sich hinfüro alle Pharrer und Prediger in ihren Predigen und Leeren in unser Erzbischöflichen Provintz halten, und widerwertig nichts einfüren sollen, — verglichen. Demnach so schickt hiemit der Hochwürdig Fürst und Herr, Herr Georg Bischove zu Regenspurg, unser genädiger Herr euch von solcher Instruction etliche Exemplaria zu mit Befelch, dafs Ir fürderlich, doch zu unterschidlichen Zeiten die Pharrer und Prediger under euer Dekanat gehörig für euch erfodert, deren jedem ain Exemplar zustellet, und bei schwerer Irer Fürstlichen Genaden Ungnad und Straff auferladet,

*) Diese Instruction wurde zu Dillingen durch Sebald Mayer 4. 80 Blätter, 1556. unter dem Titel gedruckt: „Christenlich catholischer Underricht, wie sich die Pfarrer, Seelsorger etc. in ihren Predigen halten und das Volk underweisen sollen.“

daſs sie solche Instruction oft und vielmals lesen und sich hernach derselben in iren Predigen und Leeren gemäſs halten, und dagegen nichts verſürerischs einmengen. Zum andern, dieweil, wie hieoben gemelt, der gemain Mann durch das unpriesterlich Leben nit wenig zu solchem Irrsal Ursach genommen, und wie dann nit zu zweifeln, wo die Priesterschaft ein besser exemplarisch priesterliches Leben füret, daſs dadurch nit allain diejenigen, so noch bisher bestendig verharrt, also zuverharren, sondern auch die, so schon abgeſallen, herwider zu trachten Ursach nehmen, und also die Clerisei den gemainen Mann nit wenig zu einem bessern Willen bringen würde, so ist abermals Iro Fürstlicher Genaden Befelch, daſs Ir zu unterschiedlichen Zeiten alle Layenpriester under euerm Dekanat für euch erfodert und Inen das unpriesterlich Leben verweiset, und bei schwerer Straff einbindet, daſs sie ir Leben hinfüran eingezogner anrichten, und den Layen zum Aergernuſs nit Ursach geben, sondern dermassen sich in irem Wandl und Thun halten und erzaigen, daſs der gemain Mann sie aus irem Wandl von den Abgefallenen erkhennen möge, und sonderlich, daſs sie die heiligen Sacramenten anders nit administriren, noch raichen, dann Inen die catholisch christliche Kirche bisher zugelassen; zudem so sein wir auch entschlossen, eine Visitation an die Handt zu nehmen, darin wir diejenigen, so diese unser genädige und väterliche Warnung nit annehmen, sondern verachten würden, um soviel ernstlicher zu straffen gedenkhen, daſs Ir inen also von unsertwegen dessen ein Wissen anzaigen sollet, um sich vor schwerer Straff zu hüten. Ir habt auch hiemit ein verfertigt Mandat auf alle und jede unser Pharer und Selsorger lautend, wessen sie sich hinfüran in Aufnemmung der Vicarien, Caplanen oder Geselpriester halten, und Ir euch bei denselben erkhundigen und sie examiniren sollet, das wiſst also allen Layenpriestern under euerm Decanat obgehörter Gestalt zu insinuiren und darob auch für eure Person festiglich zu halten; und wollet auch jederzeit durch euch selbs gut Aufmerkhen haben und durch andere auch bestellen, damit diejenigen, so solcher überschickter Instruction fürsätzlich zuwider handeln würden, oder in Irem unpriesterlichen Leben verharren, oder ire Vicarien, Caplän oder Geselpriester ander gestalt, dann wie solch Mandat mit sich bringt, aufnemmen und bestellen, uns oder unserm Vicario in Spiritualibus zugeschrieben werden, daran tut Ir und sie unsern ernstlichen Willen. Datum zu Regenspurg im Jare 1556.

Num. MCCXLVI. 1559.

Anno 1559. Episcopus Ratisponensis Georgius suam Dioecesin, quantulam adhuc per Bojariam habebat obsequentem, visitari fecit, *) eo quod eam Visitationem provincialem superiori anno Metropolitanus Salisburgen. et Pataviensis Episcopus jam perfecerant; sed et reformationem Cleri in Comitiis Augustanis eodem anno repetitam ipse Ratisponae publicavit.

Hochwartus apud Oefel. I. 240.

Num. MCCXLVII. 1562.

Joannes Jacobus Archiepiscopus Salisburgensis invitatus ad Concilium Tridentinum per litteras Pii IV. deliberationem suscepit cum Episcopis Frisingensi, Ratisbonensi, Pataviensi, Brixinensi caeterisque, quos vocatos ad Synodum consuluit, quid potissimum ex usu rei catholicae apud sacrosanctum illum Ecclesiae Senatum proponendum censerent. Accefserant Salisburgum etiam Bavariae Ducis Alberti *Legati*, et disceptatum de usu Calicis et conjugio Sacerdotum, num ea Ferdinandi Caesaris exemplo de Tridentinis peti ex usu foret? Spes erat fore, ut his concessis et revocarentur ad Ecclesiae Sinum, qui defecerant, et firmarentur, qui vacillarent. Mifsi sunt e Salisburgensi Synodo Tridentum mense Aprili Hercules Rettinger Episcopus Laventinus, Felicianus Ninguarda ex Ordine Praedicatorum Archiepi Theologus, ac postea Scalensis Episcopus et Nuntius in Germania Apostolicus, praeterea Joannes Baptista Fikler Secretarius, quorum mandata die Sessionis vigesimae 4. Junii unacum Gallorum et Helvetorum mandatis receperunt Patres, Legatis Bavaricis paulo serius ingressis.

Confer. Dalham l. c. pag. 344. et Hansiz II. 626.

*) *Statum Bavariae deplorandum describit Legatus boicus apud Baronium 1562. num. 52. in haec Verba: „In proxima Visitatione per Bavariam facta tam frequens concubinatus repertus fuit, ut nec inter centum tres vel quatuor inventi sint, qui aut manifesti concubinarii non fuerint, aut clandestine matrimonia non contraxerint, aut uxores palam non duxerint. Quae morum turpitudo in clero vehementer offendit imperiti populi animos tantopere, ut sacerdotium unacum sacerdotibus, doctrinam unacum doctoribus execretur.“*

Num. MCCXLVIII. 1563. 29. Oct. Ex Impresso originali.

Mandat des Herzogs Albrecht in Betreff der Communion unter beiden Gestalten.

Von Gottes genaden Wir Albrecht Pfaltzgrave bei Rhein, Herzog in Obern- und Nidern Bairn etc. Enbieten allen und jeden unsern Landthofmaistern, Vitzdomben, Pflegern, Richtern, Castnern, Mauttnern, Zollnern, auch den unsern von der Lanndtschaft aller stendt, geistlichen und weltlichen, und ingemain allen und jeden unsern Dienern, Ambtleuten, Underthanen und Einwohnern unsers Fürstenthumbs unsern günstlichen Grus und gnad zuvor. Wiewol wir vom ersten anfang unserer Landfürstlichen Regierung all unser gedanken, sinn und gemüett, wie wir uns gegen got schuldig erkhennt, dahin gestellet, unser von Gott anbevolchne Land und Leut nach loblichen Christlichen exempel unserer frumen gotseligen vorelltern in den schoſs unser getreuen Mueter, der allgemainen heiligen Christlichen kirchen, ausser welcher das hail der Seelen nit zuhoffen ist, bestendigklich und unabfellig zuerhalten, auch derwegen an unserm zuethun am wenigsten nichts erwinden lassen, und verhoffenlich damit, vermitlst göttlicher gnaden, sovil ausgericht haben, das gott lob der merer und gröſste thail unserer Underthanen dabey bestenndigklich und gehorsamlich verharrt, und zu den Secten yetziger unserer müeseligen und verfüerischen zeiten biſs daher nit abgefallen seindt, auch hinfüron, alls wir zu gott hoffen, nit abweichen werden: So haben wir yedoch, über allen unsern angewendten guethertzigen und getreuen vleis nit verhüeten, noch fürkhomen khönnen, das laider vil der unsern nit wären in zweifel gefüert, und auf widerwertige meinungen beredt worden, daraus dann letstlich ervolgt ist, das wir in dem von uns Anno 1556 gehalltnen Landtag von den zwayen weltlichen Stenden unserer lieben und getreuen Landschafft von wegen zuelassung der raichung des hochwirdigen Sacraments des Altars under beederlay gstallten underthenigklich angerueffen worden; So wir aber uns, alls ein christlicher Chatholischer Fürst aus den gnaden gottes wol zu berichten gewiſst, das eine solche ennderung fürzunemmen, oder zu bewilligen unsers berueffs, thuns, noch amts nit sey, uns auch weder gegen gott, noch der kirchen zu veranttwurten stiende, uns zu einem Auctor und Ursacher der ausdrettung, auch absönderung von der heiligen allgemeinen Kirch gottes, den Articln unsers christlichen und Apostolischen simboli und glaubens entgegen, ze machen, und also unsern aignen Underthanen, Landt und leuten, für die wir an dem grossen

tag des herren vor dem Richterstuel gottes difsfalls rechenschafft und antwurt geben müessen, die thür zu noch mererm und weiterm hochschedlichen abfall, wie die Exempel unserer yetzigen unseligen wellt yedermennigklich zuerkhennen geben, zueröffnen; Yedoch daneben aus angeborner milde gnediger lieb und treu, die wir gegen unsern getreuen Underthanen, landt und leuten tragen, genedig und guthertzig betrachtet, das wir der unsern Flehen nit gar verwerffen, und die verirrten, auch die geengstigten Gewissen trostlofs, dadurch sie in die tieffe der Irrthumben one alle hofnung des widerkerens gefallen wären, lassen sollen, ob Inen gott, wie wir von hertzen wünschen, gnadt gebe, sich wider in den schaffstal des herrn, das ist zum gehorsam der kirchen zu begeben. Dem allen nach haben wir uns domaln genedigklich und wolmeinend in einem offen truckh erklert, diejhenigen, deren gewissen so hoch beschwerdt wären, und sich derwegen der Communion under beederlay gstallt, doch one verachtung und verdamung der Communion under einerlay, do sie auch sonnsten durchaus in einhelligkeit der allten catholischen Christlichen leer, Ceremonien und gebreuchen *bestendig* bleiben, gebrauchen, auch die Priester, so es solcher massen raichen würden, welches wir yedoch in ire gewissen gestellet, der straff, deren sy sich sunsten von uns zu besorgen gehabt, zu befreien, und zu sichern, der tröstlichen hoffnung und billichen zuversicht, es würde yemandt aus unsern Underthanen, Geistlichen noch Weltlichen nit erfunden werden, der sich understeen solte, dem im wenigisten zuwider zehandlen, wie sich dann domalen beedt weltlich Stende unser lieben und getreuen Lanndschafft lautter vernemen lassen, das sy andere neuerung, noch enderung nit begerten, noch suchten. Aber dessen unerwogen seindt wir alfsbaldt nach beschehner Publication angeregter unserer Declaration mit höchster beschwernus unsers gewissens und gemüets in erfarung khumen, das man sich an etlichen orten den gebrauch der Communion under einerley gstallt gar ab, und der mit beederlay gstallt an die stat zestellen, und also Allt und Jung, verstendig und unverstendig, auch die es für sich selbs nie begert, und die zeit irs lebens in gehorsam der heiligen Christlichen kirchen als der Seul der warheit, welche unwidersprechlich von gott dem heiligen geist gelert, regiert und in alle warheit gefürrt wirdet, und derhalben nit irren khan, entpfangen haben, zu der neuerung, auch in spaltung, zweifel und irrthumb zefüren frevenlich understanden, das auch etlich neue verfüerische Ritus und Ceremonien erdacht, und die ordnung der allten Kirchen gar auf-

gehebt, das Sacrament der buefs und die Christlich orenbeicht auf ein ort gestellt, und bey raichung der beeden gestallten vil erschröckhenliche abscheuchliche und unchristliche Prophanationes und Enheiligung gebraucht, und damit allerlay vorlänngst verdambte khetzereyen wider auf die pan gebracht, und das gemein unverstendig volck derselben ennden laider dermassen verfüert sey, das vile derselben von unserm alten waren Christlichen und Chatolischen glauben wenig halten, und alles jhenig verwerffen und alls ein greül fliehen, was got zu Eer, und lob in der allten Christlichen kirchen haylsamlich gehandelt und gewandlet wirdet, dardurch sy alfsdann in widertauff und andere verdambliche schwermereien, auch zu dem hochschedlichen aufslauff geraten; So wir aber solche Mifsbrauchung vor angeregter unserer Declaration gar in khainen weeg gedulden khönnen, und darauf zu Verhüettung weiterer verfürung, davor wir unsere Underthanen, sovill an uns ist, ye gern verhüetet sehen, an denselben ortten gebürlichs und Christlichs einsehen gethon, auch die zum teil ungeschickhten, eins theils aber sectische pfaffen aus unserm landt geschafft, und derselben statt mit andern gelerten und Catholischen priestern ersetzt, welche hernach die raichung beederlay gestallt bey sovil eingeschlichnen Irrthumen und Unglauben gewaigert, davon uns dann abermalln mererlay clagen fürkhomen, Also haben wir aus schuldiger sorgveltigkheit, auch vätterlicher und Christlicher wolmeinung auf die mitl und weg gedacht, wie wir doch difs ortts unsern Underthanen ein Christlich hilf erzaigen, damit in disem Articl ire angefochtne gewissen gestillet werden, und sie dannoch in der gemeinschaft der heilligen Christlichen kirchen, in der wir sy alls ein Christlicher fürst, so weit uns möglich und gott gnad gibt, zuerhalten begierig, bleiben möchten; und demnach unsere hierzu taugenliche gesanndten auf das zu Triend versamblet Christlich Concilium verordent, alda der unsern Flehen und bitten besten vleifs anbringen, und umb ordenliche zuelassung und bewilligung des heiligen Kelchs emsig anhalten lassen; So aber dises unser und anderer Christlichen Potentaten begeren von den vättern des Concilii für die Bäbstlich heiligkait verschoben worden, haben wir alspald unsere statliche Legation daselbshin auch abgeferttigt und gleichs ansuechen gethan. Nachdem aber diser hochwichtig hanndel von Irer heiligkeit dem Concilio wider remittirt worden, also wurde von uns daselbs nochmall umb gewerlichen beschaidt unaufhörlich und mit besten treuen angehalten. Als wir auch von vorermellten zwayen weltlichen Stennden unserer lieben und ge-

freuen Lanndschafft in jüngst zu Ingolstat gehaltnem Landtag defshalben widerumben underthenigklich angelanngt worden, und uns darüber in einer khurtz benennten zeit auf den Fall, uns an den vorbemelten ordennlichen ortten eintweders willfärige zuelassung, oder, des wir uns nit versehen, abschlegige antwort ervolget, gebürlichs und Cristlichs einsehen zethun, gnedigklich angeboten, haben wir gleichfalls nit gefeirt, und nit allein in dem Concilio einen enndtlichen beschaidt, vor der benennten zeit zuerlanngen anhallten, sonder auch mit dem Metropolitan, und Ordinarien auf einen defshalben gehallten Synodum hanndeln lassen, darzue auch die unsern auf der Kays. Mayest. ervodern gen Wien verordent, alda gleichfalls von obangerürten mitlen und wegen Christlicher Fürsehung und ersuechung gehandelt worden. Und das alles haben wir euch allen und jeden in sonderhait darumben der lenng und aufsfüerlich erzellen wellen lassen, damit diejhenigen, welche dem kelch also hefftig nachschreien, lauter versteen und spüren mögen, das wir uns disen handel Irenthalben mit ernnst angelegen sein, und zu gemüt geen lassen, und alles das gern thetten, was wir one beschwernufs unsers gewissens gegen Gott verantwurten khünden; *Daneben auch* Ursach vernemen, warumben wir auf den bewusten termin nit fürfaren sollen, noch khönnen: Wellen auch hierauf alle und yede unsere Underthanen genedigklich und vätterlich ermant und erinnert haben, das sy sich, so lieb ir yedem das hayl seiner Seelen ist, von der Leer der allgemeinen heiligen Christenlichen kirchen, auch den allt kirchischen Catholischen gebrauch der hochheiligen Sacrament, wie der bey unsern gottseligen frummen vorelltern in recht Cristlicher Uebung gewesen, und gott lob bey uns und andern Catholischen Cristen noch ist, durch khainerlai weifs, noch weg nit abwendig machen lassen, sonder dabey mit uns alls irem Christlichen Landsfürsten bis ans ennde und so lang, das wir an den obvermellten orten einen enndtlichen beschaidt erlangen, bestenndig verharren, im fall aber einer, oder mer wären, die in solchem einig bedenckhen oder zweifel hätten, und denen der verzug, der uns iedoch, gott waifs es, nit lib ist, etwas beschwerlich fallen wolt, des man doch khain billiche beschwernufs haben khan, weil in mitl solcher zeit die hievor ergangen Declaration und jüngst zu Ingolstatt erwiderte bewilligung von uns unwiderrueffť bleiben, der oder dieselben sollen bey iren fürgestellten ordennlichen Seelsorgern und Pfarrherrn rat suchen, dabey sy auch Cristliche hilff und trost ungezweifelt finden werden; Dann das auslauffen, und andere unge-

bürliche und verfüerische ergernufs wellen wir hiemit gentzlich abgeschafft haben, und in khünfftig nit underlassen, gegen den verbrechern und überfarern mit straff nach ungnaden zuverfaren, davor sich dann yedermenigklich hütten solle, und hieran beschicht uns ein genedigs guts gefallen. Dessen wir uns also zu euch allen und yeden besonder in genaden versehen wellen, Zu Urkhundt mit unserm hiefür gedruckhtem Secrete verfertigt, und geben in unser Stat **München** den Neun und zwaintzigisten tag Octobris, Anno 1563.

Num. MCCXLIX. 1564. 21. Jun. Ex Originali.

Pius Papa IV. confirmat Vitum de Fraunberg Canonicum Ratispon. Ecclesiae, per Capitulum in Epum dictae Ecclesiae canonice electum, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, absolvit. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1564. XI. Kal. Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

Plumbum: Pius PP. IIII.

Eodem anno et die datae sunt Bullae consuetae ad Archiepum Salisburg. ad capitulum, vasallos, clerum et populum Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis.

Num. MCCL. 1564. 7. Aug. Ex Originali.

Concessio Communionis sub utraque specie juxta Breve Apostolicum in Provincia Salisburgensi.

Joannes Jacobus, dei gratia Archiepiscopus Ecclesiae Salisburgensis, Apostolicae Sedis Legatus. Venerabili fratri, amico nostro charissimo Vito Electo et Confirmato in Episcopum Ratisbonensem, Coepiscopo nostro salutem et sinceram in Domino charitatem. Sanctissimus in Christo pater ac dominus noster, dominus Pius Papa quartus pro pastorali suo officio ac singulari erga fluctuantem Germaniam in unione catholicae fidei conservandam, labefactamque reducendam ac stabiliendam pietate nullum medendi studium intermittens de Communione sub utraque specie laicis hominibus catholico ac pio devotionis zelo eam petentibus in nostra Provincia concedenda, Breve Apostolicum ad nos benigne transmisit, cujus tenor sequitur, et est talis: Venerabili fratri Joanni Jacobo Archiepiscopo

Salisburgensi. Venerabilis frater, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum sacrosancta Synodus Tridentina in sessione de sacrificio Missae habita referendum ad nos decreverit negotium alias in eadem synodo propositum de usu sacri calicis, alicujus nationis vel regni populis concedendo, ut id nos consilium caperemus, quod animabus ipsum calicem petentium salutare futurum esse judicaremus. Peracto Concilio charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Romanorum Imperator electus insigni et perpetuo suo pietatis zelo adductus, re prius, sicut ad nos scripsit, communicata cum nonnullis praecipuis sacri Romani Imperii Praelatis et Principibus Ecclesiasticis, et dilecto filio, nobili viro Alberto Bavariae Duce, genero suo, per literas et per Oratorem suum diligentissime nobis exposuit ingens evidensque periculum, quod in provinciis inclytae nationis Germaniae, et aliis regnis et dominiis suis imminet religioni Catholicae, ne ibi penitus extinguatur, propterea, quod illae Catholicorum reliquiae tanto desiderio communicandi sub utraque specie teneantur, ut non pauci jam ad haereticos se se ob eam ipsam causam contulerint, a quibus Catholicae fidei veritatem abjurare coacti sunt, et de caeteris, nisi Calicis usus ipsis concedatur, magnopere, ne *idem faciant* atque ita omnes ab Ecclesia recedant, verendum sit. Itaque nos vehementer rogavit, obsecravit, et institit, sui et ipsius Ducis Bavariae nomine, ut tot Germanicae nationis et regnorum ac provinciarum suarum populis opitulari pro concessa nobis a Domino potestate vellemus. Qua eadem de re idem Bavariae Dux Princeps non genere magis, quam pietate insignis ac nobilis, per oratorem ipse quoque et per litteras diligentissime nobiscum egit, multique praeterea doctrina, religione, prudentiaque praestantes viri nos hortati sunt, commota fuerunt et penitus concussa viscera nostra dolore quodam intimo, postquam de tot animarum jactura, pro quibus Christus Dominus noster pretiosissimum suum sanguinem in ara crucis effudit, et de tanto et tam manifesto discrimine, quod catholicorum reliquiis in illa nobilissima natione, et dictis regnis ac dominiis impendet, et tam piorum Principum, et aliorum gravium virorum testimonio cognovimus. Huic igitur periculo, quod proponitur pro pastorali officio, cupientes obviam ire, et multorum infirmitati paternae Charitatis visceribus subvenire, ne unquam de nobis dici possit, tot pereuntes animas a nobis neglectas fuisse, et non fecisse nos, quidquid potuerimus, ut nutantes confirmaremus, lapsos erigeremus, errantes in salutis viam reduceremus, de fraternitatis tuae zelo, diligentia, et circumspectione confisi, si ita esse, et saluti animarum expedire cog-

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Piorum et graviorum virorum testimonio ad nos perlatum est, nobiles quasdam Canonissas, quae in Monasterio sancti Pauli Ratisbon. sub regula sancti Benedicti degunt, longe alienam ab antiquis et regularibus illius Ordinis institutis vitam ducere, et posthabito Dei famulatu nimiae libertati ac mundanis illecebris, et saeculi delectationibus non sine gravi populi scandalo et animarum suarum periculo obnoxias et deditas esse. Quare Nos pro pastoralis officii nostri curà huic malo opportunum remedium adhibere cupientes, tibi per praesentes committimus et mandamus, ut si vera sunt, quae supra diximus, dictas Canonissas ab eo Monasterio sancti Pauli ad aliud seu alia Monasteria ejusdem Ordinis, quae in eadem sunt Civitate quamprimum transferri, seu in domum parentum aut consanguineorum suorum, prout magis expedire judicaveris, reduci cures. Quam ad rem agendam plenam et liberam tibi damus et concedimus facultatem et auctoritatem, ita, ut dictas Canonissas, si forte in hoc jussis tuis parère recusaverint, et alios quoscunque eis facientes auxilium et consilium praestantes per censuras et poenas ecclesiasticas aliaque opportuna juris et facti remedia, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio, omni appellatione remotá ad obediendum cogas et compellas, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac dicti Monasterii sancti Pauli, et aliorum quorumvis juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis ac litteris Apostolicis illorum Ordinibus ac Superioribus et particularibus personis concessis, approbatis et innovatis, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 25 Januarii 1586. Pontificatus nostri anno primo.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCLXXXIII. 1587. 22. Junii.

Concordata inter Guilielmum Ducem Bavariae, ac Capitulum cathedrale Ratisbon. inita et confirmata.

Breve administrationis bonorum mensae episcopalis a summo Pontifice Sixto V. sub datum Romae die octava Maii 1585. serenissimo Duci concessum non discutiatur et in robore suo maneat, cum nudam bonorum administrationem, ne dilapidentur bona, respiciat, et non solum primo capiti Concordatorum satis conveniat, verum et ipsi aequitati; nemo enim fide, solertia et amore in pertinentibus ad filium praeferri patri praetendere potest, patri inquam Episcopi (Philippi,) protectori Ecclesiae ab ejusdem antiquis fundatoribus descendenti, nullum prorsus nisi filii, Ecclesiae, religionis catholicae, conscientiae, et proprii honoris interesse praetendenti. Verum cum serenissimus Dux Pater Administratorem per se ipsum agere nequeat, substituat sibi bene visum, et Capitulo jure non invisum Oeconomum idoneum, qui, antequam Administrationem suscipiat, in praesentia Capitularium, aut certe in senatu juramentum solemniter praestet in manibus suae Serenitatis, vel alterius sui Procuratoris, quod Serenitati suae erit obediens, Ecclesiae vero et Episcopo fidelis; sollicitique Consiliarii saeculares eidem adjungantur, in quibus sua Serenitas dignabitur eandem habere rationem, ne Capitulo sint invisi, et ut stipendio ejus praescitu constituto sint contenti; ac insuper ad tutiorem bonorum mensae Episcopalis tutelam consuetae quatuor dignitates, seu Canonici Capitulares pro more jurati, quorum interventu et assistentia contractetur ab eodem, et singulis annis serenissimo Duci in praesentia Capituli dati et accepti ac totius administrationis ratio reddatur, quod reliquum est, in Aerarium Episcopale reponatur et opportuno tempore in utilitatem Episcopalis mensae consilio serenissimi Ducis et Capituli consensu exponatur, nec extraordinarii ulli graves sumptus prius fiant, quam Canonici quatuor Consiliarii pro eorum arbitratu de illis ad Capitulum retulerint. Quod si controversia quandoque oriatur inter Serenitatem suam tanquam Ducem Bavariae, et Episcopatum, eo casu Oeconomus Serenitati suae ratione illius administrationis nullo juramento obstrictus sit, sed soli Ecclesiae, adeoque cum Capitulo liberrime agat et deliberet, quid expediat. Eveniente vero, ut in Concordatis habetur, casu mortis Episcopi Philippi (quod Deus diu avertat,) aut quod Episcopus quoquo modo esse desineret, sit pariter ipse oeconomus juramento obedientiae suae Serenitati promissae solutus,

aliumque Dominum non agnoscat, quam Capitulum. Summus Pontifex a serenissimo Duce rogabitur, ut in jurisdictionibus Ecclesiasticis et Spiritualibus, ac in causarum spiritualium, temporalium seu mixtarum ad forum Episcopale quoquo modo pertinentium cognitione, ac ad personarum coercitionem cum plena Ordinaria et Apostolica authoritate pro suae Sanctitatis benignitate, dignetur ad libitum decernere Vicarium generalem, germanum, virum doctum, prudentem, expertum, Deum timentem, et ad nutum suae Sanctitatis amovibilem, cui pro more assistat Consistorium, in quo si in negotiis consistorialibus aliquo casu juris vel facti ipse supplere non possit, aliquem ex Capitulo vel Senatu consistoriali substituere ejusdem senatus consilio valeat, et ejus vices generales, si aliquo modo deficere contigerit, et Ecclesia hujusmodi superioritate Ecclesiastica repente nudaretur, donec ab ipso Pontifice opportune prospiciatur, is gerat, qui pro tempore fuerit Decanus, si modo doctrina et experientia polleat, sin minus, Suffraganeus. Etsi aliquae inter serenissimum Ducem, ejusque Cameram ducalem et Mensam Episcopalem jurisdictionis, jurispatronatus, collationis beneficiorum, finium, juris pascendi, et hujusmodi controversiae exoriantur, hae ipsorum judicum, quibus vel jurisdictio ordinaria loci competit, vel qui hactenus hujusmodi lites dirimere soliti fuerunt, determinationi subiiciantur. Visitatio Ecclesiae et Dioecesis Ratispon. fiat per Vicarium ordinaria jurisdictione, et servatis iis, quae continent concordata inter serenissimum Ducem et Ordinarios Bavariae, salvo ſsmi D. N. et sanctae sedis Apostolicae Decreto, si aliud circa eandem visitationem authoritate Apostolica decernatur. Fundatio et erectio Collegii Patrum Societatis Jesu in civitate Ratisponensi libitu serenissimi Ducis instituatur, et ex pecuniis relictis ab Hochwart, ac etiam sex millibus florenis ab Aerario Episcopali, vel ex annuis Mensae Episcopalis redditibus exigendis, si ita summo Pontifici placuerit, juvetur atque in posterum unanimi consensu suae Serenitatis et Capituli totis viribus conservetur et augeatur, ita tamen, ne Mensae Episcopali hac occasione onus perpetuum imponatur, et nisi cum auctoritate Sedis Apostolicae in proventibus annuis non gravetur. Verum ut mensa ipsa in proventibus etiam in utilitatem Collegii versis aliquo modo reficiatur, et compensetur, sua Serenitas occasionem et commoditatem a summo Pontifice procurabit atque implorabit. Gaudebit vero societas in Collegio illo omnibus immunitatibus et privilegiis, quibus gaudet totus illius civitatis clerus, habebiturque pro membro

Ratisponens. Ecclesiae, Patres autem, cum primum potuerint, studeant pro eorum instituto instrui Juvenes, qui eidem Ecclesiae Ratisponensi addicti sint, et serviant. Conservetur modernus Concionator ad tenorem Brevis ſsmi Domini nostri Sixti Papae quinti sub datum Romae die nona Januarii 1587. et in posterum, ad ejusdem Brevis et sacrosancti Concilii Tridentini dispositionem Episcopali authoritate de idoneo cujuslibet ordinis provideatur, et redditus ad munus praedicationis absolute destinati, non attento, quod concionator antea absque alio quam ab Episcopo deputatus fuerit, eidem muneri serviant. Vicarii foranei in Visitatione decernantur, si non sint, et a Vicario deputentur; Collatio Dioecesis Ratisponensis jure fiat, ne serenissimus Dux, Episcopus, vel Capitulum in Collationibus ad unumquemque ipsorum pertinentibus invicem graventur, et sua Serenitas in collationibus Episcopi et Capituli nullo modo se immisceat; ac in substituendis, et a sua Serenitate Vicario praesentandis servetur solitum, et servatis servandis praevio examine ad Concilii Tridentini ordinationem idoneis beneficia conferantur. Et in casu controversiae, donec fiat discussio, ne aliquis jure proprio privetur, simplex provisio sine praejudicio jurium partium per Vicarium *Apostolicum* fiat de ea persona, quam sua Serenitas ex suo jure praesentaverit. Serenissimus Dux gratiose revocet exactionem quantitatis hucusque decursae trium millium florenorum annuorum juxta concordata pro Episcopo exigendorum; ut ad suae Serenitatis piam intentionem commodo et beneficio Mensae Episcopalis cedant in posterum autem suae; Serenitati ad tenorem Concordatorum eandem summam trium millium florenorum singulis annis, cum dies solutionis cesserit, exigere liceat: ex ejus enim pietate, et in catholicam religionem zelo, ut hanc quantitatem in usus pios et ad commodum ipsius Ecclesiae sua Serenitas sit erogatura, facile sperari potest. Arresta Capitularibus ob resistentiam Capituli a serenissimo Duce facta, postquam haec concordata ab eisdem acceptata et comprobata fuerint, gratiose remittantur. In omnibus differentiis, quae horum Concordatorum, vel alia occasione evenire possint inter suam Serenitatem seu ejus ministros, Episcopales et Capitulum, quae via ordinaria decidi aut componi non poterunt, ab utraque parte recursus haberi possit ad Nuntium Apostolicum pro tempore in Aula Caesarea residentem. Haec Concordata manu serenissimi Ducis, et singulorum Capitularium comprobentur, et suae Serenitatis et Capituli sigillis muniantur, eisque Reverendissimus Dominus Episcopus Placentinus manu et Sigillo proprio robur et firmitatem adjungat, et a Notario in omnium

praemissorum testimonium scribantur, et unicuique parti exemplum authenticum concedatur.

Philippus Episcopus Placentinus ss.

Guilielmus Dux ss.

Sbinco Berka Baro de Duba et Leipa Praepositus ss.

Ego Bartholomaeus Vischerus Doctor, subscribo huic transactioni ut Commissarius peculiariter ad eam deputatus a Capitulo Ratisponensi, et ut ejusdem Decanus.

Ego Johannes Wilhelmus ab Holdingen, subscribo huic transactioni ut Commissarius peculiariter ad eam deputatus a Capitulo Ratisponensi, et ut ejusdem Canonicus.

Cristoff a Fronhoven Senior, ss.

Philippus a Parsperg, ss.

Joan. Georgius Stinglhaimer ss.

Sebastianus Kölderer Scholasticus ss.

Johannes Fridericus ab Haegnenberg ss.

Joannes Ungenem Doctor ss.

Martinus Dumius ss.

Hundii Metrop. I. 185. Edit. Ratisbon.

Num. MCCLXXXIV. 1587. 10. Jul. Ex Originali.

Mandatum, ut solvantur census Incorporationis et Decimarum novalium.

Joannes Baptista Dei et Apostolicae Sedis gratia Epus Almiren. ss. Th. Doctor, Suffraganeus et officii Vicariatus Ratisbonensis pro tempore Commissarius specialiter deputatus etc. Universis et singulis presbyteris praesentibus requisitis salutem in Domino. Tenore praesentium vobis committimus et mandamus, quatenus omnes et singulos presbyteros per Dioecesin Ratisbon. ubilibet constitutos in executione praesentium nominandos, atque occasione incorporationis, necnon censuum de decimis novalibus Revmo Domino nostro Ratispon. annuatim obligatos diligenter moneatis et requiratis, quos nos etiam sub poena arbitraria serio requirimus et monemus, ut praedictas incorporationes et census decimarum novalium exhibitori praesentium Balthasaro Strenberger Episcopalis Cancellariae scribae omni mora posthabita realiter et cum effectu tradant et assignent. Si vero id quisquam eorum facere neglexerit, feria quarta post festum S. Bartholomaei, quae erit 26. mensis Augusti proxime ventura, coram

nobis Ratisbonae in aula et Consistorio Epli mane hora primarum et audientiae causarum consueta personaliter atque sine ulla procuratorum suorum constitutione compareat ad videndum et audiendum, contra se ad praedictam poenam ex officio nostro procedi, vel dicendum et causas justas ac rationabiles, cur id fieri non debeat, allegandum. De executione vero praesentium stabimus praedictae aulae Eplis officialis relationi. Datum Ratisbonae die X. mensis Julii, anno Domini 1587.

Simon Strobl publicus et officii Vicariatus Ratispon. substitutus Notarius juratus ss.

Cum Sigillo a tergo impresso.

Num. MCCLXXXV. 1588. 10. Octobris. Ex Originali.

Mandatum generale ad omnes Decanatus rurales Jura Episcopalia, anniversarium Principum boicorum, ac Constitutiones pro Clero Dioecesis Ratisbonensis concernens.

Jacobus Myllerus ss. Th. Doctor, Episcopatus Ratisbonensis Vicarius generalis et Officialis a sancta Sede Apostolica specialiter deputatus, honorabili nobis in Christo dilecto N. Decano et Plebano in N. salutem dicimus in Domino. Vobis authoritate, qua fungimur, districte praecipiendo mandamus, quatenus omnes et singulos Ecclesiarum parochialium Rectores sive Plebanos, Vicarios, Provisores, Beneficiatos et divinorum Cooperatores, nec non alios quoscunque Presbyteros per Decanatum vestrum constitutos tanquam hujus Ecclesiae debitores certa die circa festum omnium Sanctorum proxime venturum per nuntium vestrum ad locum et congregationem capitularem celebrandam personaliter citetis et evocetis, eosque diligenter sub canonica et aliis arbitrariis poenis requiratis et moneatis, ut omnia et singula jura Episcopalia tam de praeteritis, quam praesenti annis debita, quotquot eorum quemlibet concernunt, vobis Decano percipiendo assignent realiter et cum effectu; similiter anniversarium Principum, videlicet Vigilias et alia divina officia loco et tempore consuetis (si apud vos peragi solent,) visitent et ad finem usque sub poenis in Statutis et Privilegiis vestris contentis et expressis, illis et cuilibet illorum contumaciter se absentantibus aut justo et legitimo tempore non comparentibus aut sine licentia vestra abeuntibus irremissibiliter per vos Decanum et confratres obedientes infligendis

perseverent. Et quoniam scimus non sine gravi luctu et moerore, multa in Clero hujus Ratisbonensis Dioecesis cum quoad divinorum Sacramentorum condignam administrationem, tum vitae et morum honestatem desiderari, Decreta quaedam ad universum Clerum sejunctim conscripta et ab omnibus, usque denuo generalis Reformatio atque Visitatio instituatur et perficiatur, observanda mittimus, mandantes vobis Decano authoritate Ordinaria, qua fungimur, in virtute sanctae obedientiae et sub poena suspensionis a sacrificio et officio, ac aliis in Constitutionibus nostris expressis, ut omnes et singulos articulos exacte observetis et ab omnibus et singulis Presbyteris Decanatui vestro subjectis observari faciatis, alioquin contra contumaces et mandatorum nostrorum contemptores vigore praedicto ac taliter procedemus, ut unius poena aliis merito cedere debeat in exemplum. Actum Ratisbonae in Consistorio Episcopali sub Sigillo Vicariatus Officii Ratisbonensis die 10. mensis Octobris, anno Domini 1588.

Cum Sigillo Vicariatus impresso.

Num. MCCLXXXVI. 1588. 15. Octob. Ex Diplomatario.

Breve Sixti V. ad Officialem Frising. super extinctione Monasterii S. Pauli, et erectione Collegii S. I. Ratisbonae.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio, officiali Frisingensi salutem et Apostolicam benedictionem. Piis fidelium votis, praesertim fidei catholicae incrementum et animarum salutem concernentibus libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Cum itaque nos nuper pro suscepti cura Regiminis universalis Eccliae, cui auctore Domino praesidemus, de statu Eccliae et Civitatis Ratisbonensis ex piorum virorum relationibus certam notitiam habentes, consultum esse censuerimus, et aliquoties pie et salubriter admonuerimus, ut in dicta Civitate unum Collegium Presbyterorum S. I. qui firmissimum adversus fidei catholicae et Eccliae hostes praesidium esse possent, erigeretur, et Monasterium Canonissarum S. Pauli Ratisbonen. sub regula S. Benedicti, in quo nuper duae tantum Canonissae existebant, de ordine et mandato nostris his duabus Canonissis ad aliud Monasterium translatis, vacuum redditum sit, nuncque proborum virorum judicio nihil magis opportunum ac commodum esse videatur, quam si salubria monita nostra de erigendo Collegio dictorum Presbyterorum hac oblata occasione debitae

executioni demandentur; ita enim fieret, ut fidei incremento, et animarum saluti inde opportune consuleretur, ac ipsis fidei catholicae hostibus dictum monasterium, ut praefertur, vacuum illiusque bona et redditus occupandi occasio tolleretur. Quare pro parte dilecti Filii Philippi ex Bavariae Ducibus, qui ejusdem Eccliae in spiritualibus et temporalibus Administrator per Sedem Apostolicam specialiter deputatus existit, et pietatis ac religionis studio enixe desideratur, dictum Collegium erigi, et nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Philippi Administratoris pietatem commendantes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae, cum venerabilis frater noster, Epus Frisingensis ordinarius vicinior dictae civitati existat, per Apostolica Scripta mandamus, quatenus Monasterium praetactum, cujus fructus, redditus, et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera, secundum communem aestimationem, valorem annuum, ut dictus Philippus asserit, non excedunt, et de quo per dictam sedem disponi non consuevit, ac in eo omnem ordinem ac regulam et essentiam regulares authoritate nostra perpetuo supprimas et extinguas, necnon apud unum Collegium Presbyterorum dictae S. I. qui verbum Dei populo praedicent, sacramenta Ecclesiastica administrent, juventutem bonis moribus et doctrinis imbuant, aliaque munia, prout in aliis eorum Collegiis facere et exercere consueverunt, faciant et exerceant, etiam perpetuo sine alicujus praejudicio, et dumodo duabus canonissis praefatis translatis, ex redditibus suppressi Monasterii hujusmodi congrua portio ad earum vitam annuatim, quoad vixerint, praestetur, dicta authoritate erigas et instituas, illique sic erecto et instituto omnia et singula dicti Monasterii suppressi bona, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta similiter perpetuo eadem auctoritate applices et appropries, ita, quod liceat dictis Presbyteris seu eorum procuratori ad hoc ab eis specialiter constituto, quatenus suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, applicationes et appropriationes praefatas per te vigore praesentium fieri contigerit, corporalem possessionem Monasterii, illiusque bonorum, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum et emolumentorum praefatorum propria auctoritate abs-

que vitio spolii, et attentatorum, ac cujusvis etiam Ordinarii loci licentia capere et apprehendere, ac illa in communes usus et utilitatem convertere, ac easdem praesentes, nullo unquam tempore, de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis nrae, aut quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod superiores dicti Monasterii, aut alii in praemissis interesse forsan habentes, vocati non fuerint, notari, impugnari, aut ad terminos juris reduci seu in jus vel controversiam revocari, aut sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi posse, sed semper illas validas et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, sicque per quoscunque judices et commissarios etiam causarum palatii Apostolici Auditores, ac sanctae Romanae Ecclae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate ubique judicari et definiri debere, necnon quidquid secus super his a quoquam, quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane dicta authoritate decernimus, non obstantibus priori voluntate nostra praefata, ac lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentes, aliisque constitutionibus Apostolicis ac Monasterii et ordinis praedictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicae 1588. Idibus Octobris, Pontificatus nostri anno quarto.

Num. MCCLXXXVII. 1588. 1. Novembris.

Constitutiones et Decreta omnibus Ecclesiarum Rectoribus ac Presbyteris per Dioecesin Ratisbonensem observanda, Ingolstadii 8. typis Wolfgangi Eder, anno 1588. *)

Praefatio.

Jacobus Myllerus ss. Theol. Doctor, pro Ecclesia et Episcopatu Ratisbonensi Vicarius Apostolicus etc. Venerabilibus nobis in Christo dilectis omnibus et singulis Archidecanis, Decanis, Ecclesiarum Rec-

*) *Continentur etiam apud Lünig, in Spicilegio eccles. Contin. II. pag.* 870 — 885. *et apud Harzheim, in Collectione Concil. german. Tomo VII. pag.* 1057 — 1075.

toribus sive Plebanis, Vicariis, Provisoribus, Beneficiatis, divinorum officiorum Cooperatoribus ac universo Clero per Episcopatum Ratisbonensem salutem in Domino. Cum primum nobis rerum spiritualium Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis cura a ſsmo Domino nostro Sixto V. Pontifice maximo loco et nomine Revmi in Christo Patris, serenissimique Principis Philippi Episcopi Ratisbonensis, Comitis Palatini Rheni ac utriusque Bavariae Ducis etc. Domini nostri observandissimi demandata est, illud pro virium nostrarum tenuitate conati sumus, ut, quae optimo cuique in eo munere proposita inprimis esse debent, ea nos et quoad cultus divini restaurationem atque augmentum, et collapsae ecclesiasticae disciplinae ac morum christiana pietate dignorum restitutionem sedulo curaremus. Quod cum aestate proxime praeterita, ut ab optimo Pontifice jussi fueramus, per generalem Visitationem (quae ratio ad id praestandum ab optimis et prudentissimis viris maxime conveniens ac salutaris semper judicata est,) efficere proponimus, gravibus aliis curis et molestiis non sine dolore ab hac cogitatione avocamur, ac tam pium et necessarium opus in sequentem aestatem, tempus (ubi Deus vitam concesserit,) magis opportunum reiicere debuimus. Ut autem malis et afflictis rebus vel aliqua ratione occurratur et consulatur, vos etiam melius, quae muneris et officii vestri sint partes, intelligatis, et eas evitare possitis poenas, quas in futura Visitatione, qui rei et negligentes reperti fuerint, omnino non effugient, infra scriptas Constitutiones ex sacris Canonibus, et praesertim Tridentini Concilii Decretis et Statutis Metropoliticis desumptas, ad morum honestatem, vitae sanctimoniam et Sacramentorum debitam ac condignam administrationem perutiles, salutares ac necessarias, donec Decreta futurae Reformationis plenius conficiantur, vobis omnibus et singulis observandas proponere voluimus. Rogamus igitur omnes et per viscera misericordiae Christi Domini obsecramus, ac pro authoritate nostra serio mandamus, ut illas quanto maximo potestis amore et pietate amplectamini, legatis, sequamini, totos vos ad earum sententiam rationemque accomodetis, ut reliqui etiam homines morum vestrorum mutatione, innocentia et pietatis perseverantia ad cultum virtutis et officii christiani hominis incitentur. Nobis porro, ut in his Constitutionibus nihil propositum fuit, nisi Dei gloria et vestra ac multorum salus, sic nihil optatius esse potest, quam ut ita serventur, ut poenis, quae delinquentibus propositae sunt, nullus locus relinquatur, magisque in agendo vestra religio ac probitas, quam nostra in decernendo diligentia commendetur. Valete feliciter nostri in vestris

sanctis Sacrificiis et Orationibus memores. Ratisponae ipso die omnium Sanctorum anno Domini 1588.

Num. MCCLXXXVIII. 1588. 13. Dec. Ex Originali.

Commissio papalis facta Jacobo Müller Vicario Apostolico et Administratori Episcopatus Ratisbonensis ad instituendam Visitationem omnium locorum et personarum eccles. in Dioecesi Ratisbonensi.

Dilecto filio Jacobo Millero Vicario in Ecclesia Ratisbonensi per nos deputato, Magistro in Theologia.

Sixtus PP. V.

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum nos nuper te Vicarium in Ecclesia Ratisbonensi, cujus dilectus filius Philippus, nobilis viri Guilielmi Bavariae Ducis natus, Administrator existit, per alias nostras in forma Brevis confectas litteras constituerimus, et nobis innotuerit, multa in iis locis visitatione, correctione et reformatione indigere, enixe cupimus, ut in hoc grege dominico nihil, quantum fieri potest, reperiatur, quod divinam Majestatem merito offendere queat, atque in dicta et aliis omnibus Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis Ecclesiis omnia rite gerantur: tibi per praesentes in virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, quatenus praefatam, ac omnes et singulas Collegiatas, et parochiales, ac alias quascunque Ecclesias dictarum Civitatis et Dioecesis, necnon quaecunque Monasteria tam virorum, quam mulierum, et praesertim superius et inferius Canonissarum sancti Augustini, in quibus educantur Virgines nobiles, ac sancti Emmerami Ordinis sci Benedicti dictae Civitatis, etiam Sedi Apostolicae immediate subjecta, ac aliorum Ordinum etiam mendicantium, et quaecunque hospitalia, dignitates ecclesiasticas, Beneficia omnia quovis nomine nuncupata tam intra, quam extra muros dictarum Civitatis et Dioecesis consistentia, ac Abbates, Priores, Guardianos, Abbatissas, Priorissas, et quascunque personas in illis degentes auctoritate nostra visites, et quaecunque juxta Decreta sanctorum Patrum, et canonicas Sanctiones, ac regularia dictorum Ordinum Instituta ac tibi datam a Deo prudentiam ad ipsorum Monasteriorum, Ecclesiarum, domorum et aliorum praedictorum ornatum et divinum cultum, et ecclesiasticae ac regularis disciplinae restitutionem et augmentum reformanda, cor-

rigenda reformes, corrigas: necnon de statu Ecclesiarum, Monasteriorum et locorum eorundem, vitá quoque et moribus Abbatum, Abbatissarum, Priorum, Canonicatus et praebendas, ac dignitates, capellanias et beneficia in eisdem obtinentium, nec non monachorum, fratrum, monialium et personarum regularium et saecularium hmoi studiose inquiras, ac contra illos, quos criminosos et sui muneris immemores ac negligentes repereris, procedas et processus ad nos transmittas; necnon Ecclesias, Monasteria, domos et alia praefata reparatione indigentia ex ipsorum fructibus restaurari et reparari cures, ac horas canonicas et alia divina officia, ut decet, celebranda, ac illos, qui Ecclesiis praesertim parochialibus, et aliis beneficiis suis etiam curatis per se ipsos deservire non possunt, ad idoneos ibidem capellanos cum Salario competente tenendos cogas et compellas. Denique omnia et singula, quae juxta Instituta et Constitutiones summorum Pontificum ad omnipotentis Dei honorem ejusque religionis augmentum, et animarum salutem ac Christi fidelium omnium exemplum, ac felicem gubernationem et bonum regimen Ecclesiarum, ac Monasteriorum et personarum hmoi necessaria seu quomodolibet opportuna videbuntur, geras, facias, statuas, disponas et exequaris, contradictores quoslibet et rebelles cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existentes, ac Capitula et conventus praemissis non parentes per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, non obstantibus quibuscunque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum et aliorum praedictorum iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, adprobatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad ver-

bum de indulto hmoi mentionem. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XIII. Decembris 1588. Pontificatus nostri anno IV.

Num. MCCLXXXIX. 1589. 4. Jan. Ex Diplomatario.

Sixtus Papa V. commendat serenissimo Duci Bavariae erectum Collegium S. I. Ratisbonae.

Dilecto filio, nobili Viro Guilielmo Bavariae Duci.

Sixtus PP. V.

Dilecte fili, nobilis Vir, salutem et Aplcam benedictionem. Nuper certis causis adducti Monasterium Canonissarum S. Pauli Ratisbon. sub regula S. Benedicti, ac in eo omnem statum et essentiam regulares perpetuo supprimi et extingui, et apud illud unum Collegium presbyterorum Societatis Jesu, qui firmissimum ibidem pro fide catholica praesidium esse possent, erigi et institui, illique sic erecto et instituto omnia et singula dicti Monasterii suppressi bona, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta applicari et appropriari, per alias nostras litteras mandavimus, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem enixe cupiamus, dictum Collegium juvante Deo stabiliri, et in dies magis felicia suscipere incrementa, atque ipsum et ejus bona conservari, necnon presbyteros praedictos, et dicti Collegii personas ibidem pro tempore existentes quiete et absque aliquorum impedimento ipsorum munia juxta laudabilia dictae Societatis instituta ad Dei laudem et honorem, et fidei incrementum et proximorum salutem ac juvamen peragere et adimplere posse, de tua erga personas et loca Ecclca eximia pietate, et Sedem Aplcam devotione confisi, ac sperantes, ut quae tibi injungenda censuerimus, prompte et laudabiliter adimpleturus sis: Collegium praedictum illiusque personas et bona protectioni et defensioni tuae in Domino commendamus, rogantes et hortantes tuam Nobilitatem, quatenus in conservandis, protegendis Collegio et Presbyteris, ac bonis praedictis sic eos benigni favoris et protectionis auxilio prosequaris, quod tuae Nobilitatis fulti praesidio possint Deo propitio semper magis prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vitae praemium, et a nobis dictaque Sede condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die IV. Januarii 1589. Pontificatus nostri anno quarto.

Num. MCCXC. 1589. 11. Aprilis. Ex Impresso originali.

Indictio Visitationis generalis in Dioecesi Ratisbonensi.

Jacobus Müller ss. Th. Doctor, Ecclesiae et Episcopatus Ratisbon. Vicarius et Visitator Apostolicus, Judex ordinarius atque generalis etc. Praepositis, Decanis et Capitulis Ecclesiarum Collegiatarum, Rectoribus Monasteriorum, Abbatibus, Prioribus, Abbatissis et Priorissis, ac omnium et singularum Ecclesiarum Pastoribus et Curatis salutem in Domino sempiternam. — Cum Revmus et Serenissimus Princeps Philippus, hujus Ratisbon. Ecclesiae Epus, Comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariae Dux commissum sibi munus ob aetatem obire adhuc non possit, sua Sanctitas, Sixtus Papa V. nobis (etsi ad tantum onus sustinendum viribus impares sumus,) aliquam partem sui officii commisit, atque inter alia serio injunxit, ut generalem Visitationem instituamus, per quam, quis status et conditio hujus Episcopatus sit, probe deprehendatur; facile enim intelligit optimus Pontifex, hoc tempore in medendis Ecclesiae aegritudinibus id evenire, quod in curandis humanis corporibus accidere solet: sicut enim his medicinae parum proficiunt, nisi morborum causae et origines vel ex propria aegroti confessione, vel artis ipsius praeceptis cognoscantur, ita et in illis contingit, ut nimirum ii, quibus reformandi onus imponitur, nesciant, qua via quibusque modis rem aggrediantur, nisi per Visitationem canonicam, atque diligentem inquisitionem, id ipsum perdiscant et scrutentur. Nos igitur memores accepti Mandati, et ut impositum nobis munus juxta mentem ac voluntatem S. D. N. pie fideliterque exequamur, decrevimus cum consilio et assistentia Reverendorum ac Nobilium Dominorum, venerabilis Capituli Ecclesiae cathedralis et aliorum, visitationem generalem, ut praefertur, quam primum et hisce diebus inchoare, et Deo auxiliante sub protectione et patrocinio serenissimi Principis ac Domini, Domini Guilielmi, Comitis Palatini Rheni, utriusque Bavariae Ducis, etc. Domini nostri clement. (qui nobis pro suae serenissimae Celsitudinis erga Deum et illius Religionem catholicam insigni zelo omnem operam et auxilium in suis ditionibus benignissime obtulit,) juxta sacros Canones hac aestate, ut speramus et in Domino confidimus, ad optatum finem perducere. Quapropter virtute potestatis in hac parte a S. D. N. nobis concessa atque peculiaribus litteris demandata, vobis omnibus et singulis supra nominatis Visitationem a nobis instituendam et faciendam significamus atque indicimus, omnes et singulos vos in Domino monentes, ac per Christum Dominum nostrum obtestantes,

ut hanc S. D. N. curam et sollicitudinem, cum ad salutem animarum vestrarum, tum Ecclesiae hujus Ratisbonensis commodum et decorem, propensis animis et obsequentissimis studiis complectamini, hortamurque ac monemus, ut praesto sitis die per nos opportune ad Visitationem singularum Ecclesiarum praefigenda, ad quam diem quoque cupimus, ut omnia, quae ad Visitationem pertinent, comparata habeatis. Quod si autem quispiam sit cujuscunque ordinis dignitatisve, qui in medium aliqua proferre voluerit, quae ad Dei immortalis laudem, Ecclesiae animarumque salutem pertineant, eum in Domino iterum atque iterum rogamus, ut nobis ea in re verbo vel scripto operam suam fideliter praestet, laboris nostri fructusque illius partem apud Deum habiturus. Sed quoniam a capite tanquam primario membro corporis curatio congruo ordine suscipitur, a cathedrali Ecclesia, quae aliarum in hac Civitate et Dioecesi caput est, Visitationis hoc munus inchoando, diem illi statuimus XV. mensis Maii, atque ad eundem diem non solum Reverendum et Nobile Capitulum, sed universum etiam Clerum totius Civitatis monemus et hortamur, ut ad initium Visitationis, hora matutina octava, in praedicta Ecclesia ad divina officia compareant, ac Deum una nobiscum pro Spiritus sancti assistentia et felici exitu totius Visitationis devote ac religiose deprecentur, quod nobis de omnibus pro innata illorum virtute et erga Deum pietate facile pollicemur. Datum Ratisbonae in Consistorio Episcopali die undecima Aprilis, quae est dies sancti Leonis optimi et piissimi Pontificis, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo nono.

Simon Strobl publicus, ac Officii Vicariatus Ratisbon. Notarius in fidem ss.

Cum Sigillo Vicariatus impresso.

Num. MCCXCI. 1589. 27. Maii. Ex Originali.

Schreiben des Herzogs Wilhelm an den General Vikar Doctor Jakob Müller, die Visitation des Bifsthums Regensburg betreffend.

Von Gottes gnaden Wilhelm Pfalzgrave bey Rhein, Hertzog in Ober- und Nyderbayrn. Unsern Grus zuvor. Würdig und Hochgelerter, besonders Lieber und Getreuer! Wir haben Eur Schreiben, die von euch fürgenommene General-Visitation durch den gantzen Stift Regenspurg betreffend, empfangen und wissen uns gnädigst wol zu erindern, dafs ihr hievor auch etlichmalen davon Anregung ge-

than, und schon langhero damit im Werkh, welches Wir nun anders nit, als gutherzig und zu dem Ende, darzu die Visitationes aufgesetzt, verordnet und gemaint sein, spüren und erachten können. Da wir aber den Frucht, so aus solchem Werkh zu hoffen, item dasjenige, so darzu vonnöthen, und der jetzigen Zeit, auch euer Ambtsbeschaffenheit erwägen, fallen Uns allerhand sachen für, derenwegen Wir solche Visitation auf den modum, wie Irs vor euch habt, diefsmals einzustellen und auf eine andre Weis fürzunemmen vermainen; dann wir halten dafür, Ir wäret allain die Gaistlichen und Priesterschaft, und nit auch die Layen zu visitiren gedacht, da möchte vielleicht gleichwol, soviel das Bifsthum belangt, etwas Nutzen geschaft werden, indem etliche untaugliche Priester abgeschoben und andere an deren stat gesetzt; es ist aber nit zu hoffen, dafs unserm Landt vast dadurch geholfen werde, dieweil solche Priester sich alsbald in einem andern Stift unsers Landts um Anstandt und Gelegenhait bewerben, dieselbe auch bei jetzigen Mangel an Priestern leicht bekhomen würden. Damit demnach die grosse Müh und Uncosten, so über die Visitationes gehen, recht angewendt würden, wär ain Notturft, dafs der Metropolitanus und alle *Ordinarii*, deren Crisam sich in unser Lanndt erstreckt, sich mitainander verglichen, durch Ir jedes Bistumb zu visitiren, und diejenigen Priester, so nit zugedulden, mit gesambten Rat auszureuten; und soviel nun die Müh und Arbeit betrift, so zu ainer Visitation gehörig, wisset Ir selbs, dafs solche nit schlecht, und so würde bei jetzig teuern Zeiten und zu sovielen Wochen, ja Monaten, so hiezu vonnötten, kain schlechte Summe Gelts, sonderlich auf sovil Personen, als euerm Anschlag nach sein müfsten, erkleckhen. Nun wissen Wir aber nit, woher aine solche Summe zu nemmen; dann ob Ir wol die Priesterschaft zu belegen Vorhabens, ist doch dieselb mit soviel andern Contributionen dermassen beschwerdt, dafs Wir schier nit sehen, wie innen ain merers aufzudringen, und ist zu besorgen, es würde der allerwenigst Tail ichts geben können. Zudem wissen wir nit anders, als dafs der Brauch nie gewest, den Visitatoren Zehrung zu geben, dabei es noch bleiben sol, ausser den Klöstern, alda die gemain Lieferung geraicht worden. Sollte dann ain so merkhliche Ausgab dem armen Stift, so jetzt viel ersparren und erhausen sol, aufgepunden werden, läfst es sich übel tun, und Wir wolten uns dessen ausser Consens aines würdigen Thumbkapitels, von dem aber derselbe besorglich nit leicht zu haben, nit gern anmassen, khünftige Nachred zu verhüten; dann so ist Uns das maist auch umb diefs, dafs Wir nit sehen, wie Ir, als der

Ir in Jurisdictionalibus allerdings den Bischov repräsentirt und General-Vicarius seit, solange Zeit, als die Visitation erfodern würdet, aus der Stadt Regenspurg werdet abwesent sein khönnen; dann zu bedenkhen, dafs diefs ain Reichs - und solche Stadt sei, so gegen und mit ainem Bischove allerlay Hendl hat, und alda sich schier täglich sachen zutragen, daraus grosse Weiterungen entstehen mögen, damit ain vernünftig und erfarner Mann, der allen genugsamen Gewalt hat und denselben zu brauchen wisse, vorhanden, bevorab dieser Zeit, da der Stadtrat ohne das vielleicht wegen St. Pauls genau suchet und etwas schwierig ist, daher euer Gegenwart mer als sonsten vonnötten; so ist diefs orts aine grosse Clerisei und wär zu besorgen, soviel Ir aufm Landt gut machet, soviel würde solche Zeit in der Stadt Schaden beschehen und es daselbs bald wieder einer neuen Visitation bedürfen. Ferner ist zu besorgen, es stehn bei etlichen Pfarrern die sachen so seltsam, dafs sie in so kurzer Zeit, als Ir bei jedem zu bleiben, nämblich einen halben oder ganzen Tag, wenig auszurichten: so mag es sich begeben, dafs ain solcher, so visitirt würde, bald darauf eintweders von demselben Ort anderswohin ziehe oder gar stürbe, da wär nun aller aufgewandter Uncosten vergebens und umbsonst, und vonnötten, dafs man gleich wieder visitirte. Wir hören, der Bischov von Augsburg hab neulich durch seinen Stift auch visitirt und vielleicht noch, aber diesen Modum gehalten, dafs er ainen Decanum oder Decanat nach dem andern zu sich ervodert, über alle nothwendige sachen weitläufige und gebürende Examina angestellt, und vast eben das verricht hat, so durch aigen Herumbschickhen hätt beschehen khönnen. Solchen modum visitandi liessen Wir uns im Stift Regensburg auch gefallen, dafs Ir nämblich ain Decanat, oder auch, bei denen es vonnöthen, jeden Pfarrer und Priester nach dem andern zu euch in die Stadt beschriebet und beruffet, da hättet Ir zu jedem Zeit genug, jeden nach Notturft zu besprachen, zu examiniren, zu catechisiren und so fern es vonnötten tätt, stracks mit Gefänkhnufs oder sonsten zu straffen, oder gar zu priviren, alles nach Gelegenhait aines jeden Wol - oder Ueblverhaltens, damit bliebt Ir beim Stift und eurer ordinari Stell, und khäme mancher Priester mit geringsten Costen hinein, wendet ainer schon etwas wenigs auf, hätte sich doch dessen khainer mit Billigkhait zu beschweren. Ob es aber wol nit allain um der Priester Personen, sondern auch umb die Kirchen, derselben Ornat, Stiftungen, und mer anders zu tun, khann dannoch auch von selben allen also im Abwesen Bericht genommen, daneben aber auf aine ainige Person gedacht werden, die ain gute

geraume Zeit im Stift herumbziehe, jetzt da, dann dorten sei, dafs man an khainem Ort sicher oder vergwifst sei, wann er daher khomme, welches dann mit schlechten Uncosten gescheh. Dadurch würden die Priester in immerwährenden sorgen gehalten, da sonsten nach fürübergangenen Visitationen die letztre Ding oft böser, als die ersten werden, indem sich ain jeder sicher zu sein weis, dafs er in langer Zeit nit mer visitirt werde, und ist schier zugedenkhen, da Ir eben visitiren solet, so würde doch ain jeder die Mängel, so er hat, also coloriren, indem ain jeder von ainer so grossen comitia, als sein würde, etlich Tag zuvor wie auch aus euerm Ausfchreiben wissen khönnen, wan Ir an jedem Ort ankhommen würdet, dafs man den rechten Grundt der Wahrhait bei weitem nit erfahren würde. Möget euch hierüber bedenkhen, und Wir bleiben euch mit Gnaden wolgewogen. Datum München den 27 May, anno 89.

Wilhelm manu propria.

Cum Sigillo impresso.

In einem folgenden Schreiben dd. 1589. 31 *Julii meldet der Herzog, dafs er sich den vom Doctor und Administrator Müller gemachten Vorschlag quoad modum visitandi gefallen lasse, vermög dessen dieser vier wohl qualificirten Priestern auf dem Gey zu visitiren Gewalt und Befehl geben wolle, da es ihm an allen Orten in eigner Person herumzuziehen nicht möglich wäre. Der Herzog übersendet zu diesem Zwecke vier gleichlautende Patente, um einem jeden der Delegirten eines zuzustellen, und hoffet, dafs durch dieses Mittel der Sache bis zu weiterer Fürsehung ziemlich gesteuert werde.*

Num. MCCXCII. 1590. 16. Julii.

Ornatus ecclesiasticus, hoc est Compendium praecipuarum rerum, quibus quaevis rite decenterque compositae Ecclesiae exornari ac redimiri debent, — latine et germanice conscriptum a Jacobo Myller fs. Th. D. necnon Ecclesiae et Episcopatus Ratisbonensis Vicario Apostolico. 4. Monachii 1591.

Elogium in opus praefatum.

Philippus divina gratia confirmatus Episcopus Ratisbonensis, Comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariae Dux etc. admodum Reverendo et doctissimo viri Jacobo Müllero, Episcopatus nostri Ratisbonensis in Spiritualibus Vicario Apostolico, fideli et nobis sincere dilecto salutem. Et res et veritas ipsa concedit, ut Librum illum tuum

christianae pietatis atque salutaris doctrinae plenum, qui Ornatus ecclesiasticus inscribitur, non magni modo nos aestimemus, sed etiam omnium bonorum praeconio celebrandum arbitremur. Ut enim causas, quibus ad scribendum justissimis adductus es, silentio praetereamus, haud obscure perspeximus, quam in obeunda Dioecesi nostra studium tuum diligens ac pervigil fuerit, quamque nullus a te non susceptus labor, qui ad rerum divinarum cultum religiose procurandum atque ad Dei Opt. Max. gloriam amplificandam pertineret. Itaque nobis si alias unquam in eam ingredi spem omnino nunc licet, fore, ut ex isto perquam elaborato opere non minus res ecclesiastica, praesertim Ratisbonensis, emolumentorum capiat, quam ex tua proxima Visitatione (anno 1589. instituta,) communi approbatione tum rebus sacris, tum hominibus ipsis accessit. Quo in utroque tuo erga nos ac Dioecesin nostram merito non te solum egregie fidelem praebuisti, sed etiam prudentiae laudem prae te summam tulisti. Etenim in illa tua Ecclesiarum lustratione, quod votis communibus expetebatur, cum rem ecclesiasticam in pristinum, quoad fieri per te potuit, nitorem restituisti, tum illa obita libro super eodem argumento in lucem edito rationem ejusmodi reperisti, ut ecclesiasticae supellectilis Ministrorumque sacrorum mundities, integritas atque sanctitas in perenni suo decore conservaretur. De reliquo vero monere te nihil habemus necesse, ut in hoc pio tuo de Episcopatu nostro bene merendi studio et ardore persistas, siquidem Deum Opt. Max. qui mandavit Sacerdotibus quidem illud: Mundamini, qui fertis vasa Domini; de sacro autem apparatu; Omnia Vasa, quibus ministratur in Sanctuario, involvent hyacinthino pallio etc. large munificum experieris. Datum Ingolstadii 16 Julii anno Domini 1590.

Philippus Episcopus Ratisbonensis etc.

Num. MCCXCIII. 1591. 26. Augusti. Ex Impresso originali.

Jakob Müller, der Theologie Doctor und General Vicar des Bisthums Regensburg macht die Klöster-Vorstände, Ruraldekanen, Pfarrer und Seelsorger auf die Bedrängnisse und Gefahren gegenwärtiger Zeiten, besonders auf den unvermutheten Einfall der Türken ins Königreich Ungarn aufmerksam. Um den Zorn Gottes zu besänftigen und seine Hilfe zu erflehen, wird der Clerus und das Volk zur Beicht, Busse, ernstlicher Besserung und auferbaulichen Leben dringend er-

mahnet, auch ein allgemeines Gebeth angeordnet. Es soll sohin im täglichen Opfer der heiligen Messe Priester und Volk eifrig zu Gott flehen, sich der Seinigen gnädig zu erbarmen, sie von den obwaltenden Gefahren nach seiner Barmherzigkeit zu befreyen, und besonders das liebe deutsche Vaterland in Friede, Ruhe und Einigkeit zu erhalten. Zur Erinnerung aber an die grossen, gegenwärtig obwaltenden Gefahren soll täglich um 12. Uhr Mittags, bis zu Ende des Advents in allen Kirchen der Diöces die grösere Glocke 1/2 viertl Stund geläutet werden, und auf dieses Zeichen soll jeder, er mag sich oder zu Hause, oder auf dem Felde befinden, in Demuth niederfallen, und den barmherzigen Gott mit aufgehobenen Händen eifrig um Abhilfe anflehen. Gegeben im Fürstlich Bischöflichen Consistorio zu Regensburg den 26 August 1591.

Simon Strobl officii Vicariatus Ratisbon. Notarius juratus ss.

Cum Sigillo impresso.

Num. MCCXCIV. 1592. 2. Oct. Ex Diplomatario.

Breve Apostolicum, quo Coenobium Biburgense unitur Collegio S. J. Ingolstadii.

Clemens PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Ex Apostolicae Sedis benignitate provenire dignum est, ut Religiosis, qui pro catholica religione propaganda studium et operam suam ubique locorum et gentium indefessis laboribus, ac propensa sollicitudine ad Dei gloriam et populorum salutem impendunt, in eorum necessitatibus congruum suscipiant relevamen. Nuper siquidem dilecti filii, nobilis viri Guilielmi Bavariae Ducis nomine nobis expositum fuit, quod postquam bonae memoriae Albertus Bavariae Dux, ejus genitor Collegium S. I. in oppido Ingolstadiensi Eystettensis Dioecesis erexerat, permittente (ut creditur) fel. record. Pio Papa IV. Praedecessore nostro, fructus, redditus et proventus Monasterii Biburg nuncupati, Ordinis sancti Benedicti, quod etiam tunc destitutum erat, eidem Collegio pro ipsius manutentione applicati, vel alias per ipsius Collegii rectorem et ministros percepti, et in Collegii praedicti usus conversi forsan extiterunt. Nunc autem cum ipse Guilielmus Dux Collegium praedictum non solum perfecerit, sed etiam non parum auxerit, et ob uberes fructus, quos Presbyteri dictae Societatis in illis partibus ad catholicae religionis propagationem et impiarum haeresum extirpatio-

nem proferunt, quotidie magis stabiliri, et illius personis de congrua sustentatione provideri desideret, ejusdem Guilielmi Ducis nomine nobis humiliter supplicatum fuit, ut Monasterium praedictum, quod jam a triginta septem annis circiter Monachis destitutum reperitur, eidem Collegio perpetuo unire dignaremur. Nos igitur laborum, quos Presbyteri dictae Societatis tam in universum, quam singillatim in Ecclesia Dei sustinent, ac fructuum, quos afferunt, condignam rationem habentes, ac piis ejusdem Guilielmi Ducis supplicationibus benigne annuentes, ac verum et ultimum dicti Monasterii vacationis modum, etiamsi devolutum aut ex generali reservatione Apostolica affectum existat, ac veros etiam annuos valores ejusdem Monasterii, atque Collegii praefati, necnon cujuscunque concessionis seu applicationis fructuum dicti Monasterii Collegio hmoi, si quae vel a praedicto Pio IV. vel alio quocunque Romano Pontifice, vel ejus permissu facta unquam fuerit, tenores praesentibus pro expressis habentes; sin autem concessio vel applicatio aliqua, ut praefertur, facta extiterit, omnes et quoscunque fructus, redditus et proventus ex dicto Monasterio per Collegium praedictum et illius rectorem ac ministros indebite forsan perceptos eidem Collegio gratiose remittentes et condonantes, ab eodem Monasterio Biburgensi omnem statum, essentiam, dependentiam nomenque ac titulum regulares auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo supprimimus et extinguimus, atque illud cum omnibus membris, juribus et pertinentiis suis universis eidem Collegio S. J. Ingolstadiensi similiter perpetuo unimus, annectimus et incorporamus, ita, ut liceat ejusdem Collegii rectori, praedicti Monasterii ac membrorum, jurium et pertinentiarum praedictorum ipsius Collegii nomine propria auctoritate libere apprehendere, ac perpetuo retinere, ac debitis et consuetis ipsius Monasterii supportatis oneribus residuos illius fructus, redditus et proventus in praedicti Collegii usum et utilitatem convertere, atque de illis ad hunc effectum libere disponere, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium illis penitus interdicta, ac proviso, quod ejusdem Monasterii congrue supportentur onera consueta. Quocirca dilectis filiis Philippo Epatus Ratisbonensis Administratori, et Caspari Electo Eystettensi, necnon causarum Curiae camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se vel alios praesentes litteras et in eis contenta quaecunque, ubi et quando opus fuerit, et quoties pro parte dicti Collegii vel illius rectoris fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in prae-

missis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos praemissorum effectu pacifice frui et gaudere, non permittentes, eos desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari, contradictores per censuras ecclcas aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, non obstantibus . . . constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et contrariis quibuscunque. Datum Tusculi sub annulo piscatoris die secunda Octobris 1592. Pontificatus nostri anno primo.

M. Vestrus Barbianus fs.

Num. CCXCV. 1593. 15. Januarii. Ex Originali.

Breve Papae Clementis VIII. quo Jacobus Müllerus ceu Vicarius, Officialis et Administrator Epatus Ratisbon. confirmatur.

Clemens PP. VIII.

Dilecte fili! salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut accepimus, felicis recordationis Sixtus Papa V. Praedecessor noster te Ecclesiae Ratisbon. cujus dilectus filius Philippus nobilis viri Guilielmi Bavariae Ducis natus Administrator existit, tam in temporalibus, quam in spiritualibus Vicarium ad suum et Sedis Apostolicae beneplacitum per quasdam primo constituerit et deputaverit, et deinde per alias suas in forma Brevis confectas litteras, ut munus sibi impositum rite adimplere valeres, quam plures tibi facultates concesserit, prout in singulis litteris praedictis plenius continetur, Nos te, de cujus fide, probitate, industria, integritate ac in rebus agendis solertia plurimum in Domino confidimus, specialis favore gratiae prosequi volentes, ejusdem Philippi in hac parte supplicationibus inclinati, constitutionem et deputationem ac facultatum concessionem, necnon super eis confectas litteras praedictas et in eis contenta quaecunque apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, teque in dictae Ecclesiae tam in spiritualibus, quam temporalibus Vicarium, Officialem et Administratorem ad nostrum et dictae Sedis beneplacitum, cum facultatibus tibi per eundem Sixtum Praedecessorem, ut praefertur, concessis de novo, quatenus opus sit, constituimus et deputamus, non obstantibus constitutionibus et or-

dinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quae idem Sixtus Praedecessor in singulis litteris praedictis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod dictis facultatibus circa Visitationem non utaris contra Abbatem et Monasterium sancti Emmerami, cui specialis fuit datus Visitator. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die XV. Januarii 1593. Pontificatus nostri anno primo.

Methius Barbianus ss.

Num. MCCXCVI. 1594. 28. Aprilis. Ex Originali.

Clemens Papa VIII. Jacobo Müller Th. D. Praeposito Ecclesiae cathedralis Ratisbon. suisque in praepositura Successoribus indulget ac concedit, ut missam et alia divina officia diebus festis solemnibus celebrando, in processionibus et aliis publicis actibus mitra, annulo et baculo pastorali, aliisque pontificalibus insigniis uti, et benedictionem solemnem post Vesperarum, Matutinorum, Missarum et aliorum divinorum officiorum solemnia supra populum ibidem praesentem, — dummodo ibi aliquis Antistes seu Sedis Apostolicae Legatus praesens non sit, vel si praesens fuerit, ad id ejus accedat assensus, — impertiri, necnon cathedralis et aliarum Ecclesiarum ac capellarum vasa et ornamenta ad divinum cultum pertinentia, in quibus non requiritur unctio, benedicere, ipsasque Ecclias et coemeteria reconciliare valeat. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno dominicae Incarnationis 1594. IV. Kal. Maii, anno Pontificatus Clementis quarto.

Plumbum: Clemens PP. VIII.

Num. MCCXCVII. 1597. 3. Jan. Ex Originali.

Philippus S. R. E. Cardinalis, Epus Ratisbon. Comes Palatinus Rheni, Bavariae Dux, ac Praepositus, Decanus totumque Capitulum cathedralis Ecclesiae Ratisbon. suis litteris declarant, quod de Collegio S. I. in Civitate Ratisbon. erigendo diu multumque laboraverint, eoquod presbyterorum S. I. probitas, flagrans studium procurandae salutis proximorum, indefessus quoque labor et industria singularis in juventute pietate ac honestarum artium disciplinis informanda non solum in Bavaria, ubi jam plures annos religiose et utiliter commorantur, sed ubicunque demum dictae S. I. presbyteri versantur, omnibus maximo exemplo et emolumento sint. Cum vero

Monasterium sancti Pauli ante 600 annos a divo Wolfgango, Antistite quondam hujus urbis sanctissimo primum liberaliter fundatum, amplis redditibus et possessionibus auctum non ita pridem jussu et voluntate Papae Sixti V. ob collapsam in eo disciplinam evacuandum, alicui pio ac pro ratione temporis necessario usui conservari oportuit, in Collegium clericorum S. I. convertendum duxerunt, atque hanc Collegii S. I. erectionem et institutionem postea a Papa Clemente VIII. Apostolica auctoritate confirmandam curaverunt, simul dederunt S. I. Patribus facultatem ac potestatem, ut in hoc S. Pauli Collegio omnia juxta approbatum a sacrosancta Tridentina Synodo Institutum suum laudabilemque aliorum Collegiorum suae Societatis consuetudinem tum in templo, quam in scolis, aliisque piis suis functionibus libere ordinare, instituere, exercere et peragere possint ad majorem Dei gloriam, quam in omnibus spectare solent. Societati quoque incumbet, ut hoc in loco pueros grammaticam et litteras humaniores ad Rhetoricam usque inclusive omnino gratis universos doceat, aliisque consuetis suis litterariis exercitiis diligenter instituat. Demum ab Epo et suo Capitulo Collegium S. I. confirmatur ac adprobatur inserto Notariatus Instrumento circa solemnem Institutionem et introductionem S. I. in suppresso Monasterio Paulino jam 27 mensis Februarii, anno 1589. peractam. „Ad quorum omnium memoriam sempiternam et firmissimam conservationem solemnes has litteras robur quavis aetate perpetuum habituras fieri curavimus et Sigilli nostri appensione communiri jussimus, propriaeque manus subscriptione roboravimus. Datum Ratisbonae die tertia Januarii, anno Domini 1597. Indictione X. Pontificatus ſsmi Domini nostri Clementis Papae VIII. anno quinto."

Philippus Cardinalis et Dux Bavariae, Episcopus Ratisbon. ſs.

Jacobus Müllerus Praepositus ſs.
Adamus Orth Decanus ſs.
Joan. Georg. a Stinglhaim ſs.
Joan. Frid. Haegnenberg ſs.
Joan. Heinr. Marschalckh ſs.
Joan. Wilhelm. von Holdingen ſs.

Joan. Ungenem Doctor ſs.
Christoph. a Stinglhaim Scolast. ſs.
Joan. Scherb Doctor ſs.
Quirinus Leoninus Doctor et capellanus honoris ſs.
Joan. Conradus a Liechtenau ſs.

Sigillum Cardinalis Epi adpendet.

Num. MCCXCVIII. 1598. 26. Octobris. Ex Originali.

Clemens Papa VIII. confirmat Sigismundum Fridericum a Fugger, Baronem in Kirchberg et Weifsenhorn, Praepositum Ratisbon. Canonicum Salisburg. et Passav. Electum Ecclesiae Ratisbonensis, in Presbyteratus ordine constitutum, de legitimo matrimonio et catholicis parentibus iisque Baronibus natum, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, absolvit. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae 1598. VII. Kalend. Novembris.

Plumbum: Clemens PP. VIII.

Eodem anno et die per Bullas consuetas haec confirmatio insinuata fuit Rudolpho Regi Romanorum, Archiepo Salisburg. Capitulo, Vasallis, Clero ac populo Civitatis et Dioecesis Ratisbonensis.

Num. MCCXCIX. 1599. 13. Maii. Ex Diplomatario.

Sigmund Friedrich Bischof von Regensburg gestattet, dafs die Pfarr und die Beneficia zu Pfaffenmünster der Collegiata in Straubing incorporirt und einem Chorherrn daselbst verliehen werden dürfen, welcher vom Capitel des Collegiat-Stiftes dem Bischofe gehörig präsentirt werden, und übrigens verpflichtet seyn soll, zwey Cooperatoren zu unterhalten, und alle Sonn- und Festtage sich auf die Pfarr zu verfügen, um persönlich den Gottesdienst nebst Predigt zu halten, welcher an den Werktagen nebst andern Verrichtungen von den 2. Cooperatoren besorgt werden mag; diese haben auch in jeder Woche eine Messe der gestifteten Jahrtage wegen zu lesen. Sollte eine besondere Stiftung mit einer Spende vorfallen, so ist diese altem Gebrauche nach zu vollziehen und am vorgängigen Feiertage öffentlich zu verkünden. Uebrigens sollen alle Gefälle der Pfarr und der Beneficien dem Pfarrer ungeschmälert allein zustehen, und die Pfarr noch ferner unter dem Decanat Pondorf verbleiben. — Bey der Collegiata in Straubing sollen 10 Canonici, welche Priester sind, zur bessern Abwartung des Gottesdienstes unterhalten, und die Officia unter selbe so vertheilt werden, dafs keinen zwei treffen. Decretum in Stuba Episcopali die 13. mensis Maii, anno 1599.

Num. MCCC. 1600. 28. Martii. Ex Diplomatario.

Durch abgeordnete Räthe und Commissarien des Herzogs Maximilian von Baiern, und des Bischofes Sigmund Friedrich von Regensburg wurde in den zwischen der Collegiata und dem Stadtrath zu Straubing obwaltenden Irrungen folgender Vergleich abgeschlossen: 1) Die Pfarr St. Peter soll der Collegiata incorporirt seyn und verbleiben; der Pfarrer zu St. Peter soll alle pfärrliche Einkünfte beziehen, einen Cooperator und den Pfarrschreiber besolden, auch der Collegiata jährlich als Incorporationsgebühr 50 fl. entrichten; 2) Der Pfarrer zu St. Peter hat nebst seinem Cooperator an jedem Donnerstage in der Stiftkirche bei der Procession, so wie an andern hohen Festtagen zu erscheinen; 3) Der Magistrat soll noch ferner von 2 Beneficien 118 fl. der lateinischen Schule verreichen, und 4) der Zehend zu Stallwang der Pfarr St. Peter künftig verbleiben. Geschehen zu Straubing den 28. März 1600.

FINIS TOMI SECUNDI, AC TOTIUS OPERIS.

INDEX I.

DIPLOMATICUS CHRONOLOGICE DISPOSITUS.

Tomo I. continentur.

Annus.

Circa 710. Vetustissima inscriptio aedis S. Emmerami Epi et Martyris. Pag. 1.

C. 740. Adalunc S. Emmeramo suam haereditatem in Hronaga (Rain) in praesentia Gauuibaldi Epi Rat. donat. 2.

C. 770. Sindpertus Epus Ratisbon. tradit haereditatem suam in Sunnihinga et Piparbach Monasterio Niederaltacensi. 2.

776. Sancto Emmeramo donatur locus Askituna ex confiniis austriacis. 3.

778. Ab Heripreht donatur locus Hronaga ad casam constructam in honore S. Petri et S. Emmerami, idque cum licentia et anno Ducis Tassilonis XXXI. 3.

C. 787. Opinus cum licentia ejusdem Ducis S. Emmeramo dat mediam haereditatem in insula Opinesaldaha, eamque Simperto Epo Ratisbon. confirmat. 4.

C. 789. De fictitia Sedis translatione. 5.

791. Helmuuinus tradit res suas in Hedinpah S. Emmeramo in praesentia Sindperti Epi et monachorum 6.

792. Posco Ecclesiae S. Emmerami tradit proprietatem suam in pago danubii, in locis Prama et Linthart, ad Sunilchinga et Hronaga. Pag. 7.

Annus.

794. Carolus M. Monasterio S. Emmerami confert quaedam prata contigua. 8.

C. 802. Adaluuinus Epus Ratisbon. ceu Missus Caroli Augusti cum Arnone Archiepo Salisburg. dirimit litem inter Irminfridum, et Attonem Epum Frising. 9.

— Idem Epus inter Attonem Epum Frising. ejusque advocatum Lantfridum ex una, et alium Lantfridum ex altera parte litem dirimit. 9.

C. 805. Engilfrida monialis agit coram Adaluuino Epo Rat. contra Attonem Epum Frising. 9.

808. Wirut, Gisilmar et Wentilmar S. Emmeramo in praesentia Epi Adaluuini donationem ad Vischaha factam confirmant. 10.

810. Adaluuinus Epus Rat. quà abbas coenobii S. Salvatoris in Schwarzach suscipit donationem Comitis Ekkeberti. 10. *) *Pag. 11. lin. ult. loco 910. legatur 810.*

814. Geparoh et Atto in praesentia ej.

Epi S. Emmeramo quaedam in vico Leihilinga donant. Pag. 12.

814. Idem Epus Adaluuinus haereditatem in Pinsinga ab Abbone S. Emmeramo seu Sedi Epli donatam, eidem Abboni dat in feudum vitalitium. 12.

— Traditio Richpaldi abbatis cujusdem facta S. Emmeramo 14.

815. Ludovici pii Imperat. mundiburdium concessum Monasterio Bergen in pago Tunahgouue sito, postea ad veterem Capellam Rat. spectanti. 15.

819. Baturicus Epus Rat. suae Ecclesiae vindicat marcam ad Champa, a Duce Tassilone restitutam. 17.

821. Sigifridus abbas ad Ilmam quaedam loca et Ecclesias cum colonis et mancipiis tradit Monasterio S. Emmerami, cui Epus Baturicus ceu abbas praeesse videtur. 18.

822. Baturicus Epus Ratisbon. cum suo advocato Immone S. Emmeramo vindicat bona ab abbate Richpaldo donata, et ab ejus nepotibus abstracta. 23.

— Idem Epus vindicat Andarbodi Archipresbyteri donationem adversus ejus fratrem Ternodum. 24. *) *Pag.* 25. *lin. ult. loco* 882. *legatur.* 822.

829. Idem Epus cum abbate Sigimodo concambiat, concambiumque rursus rescindit. 26.

830. Ludovicus Rex Germaniae quandam praestariam inter Epum Baturicum et Erchanfridum capellanum suum Ratisbonae in suo Palatio confirmat. 26.

830. Idem Rex donat S. Petro et S. Emmeramo, sive Sedi Epli Rat. oppidum Pechlarn cum adiacentiis. Pag. 28.

831. Idem Rex concedit suae uxori Hemmae Parthenonem Obermünster, et Epo Baturico Coenobium Monsee. 29.

833. Idem Rex donat Coenobio cathedrali S. Emmerami Ecclesiam prope Dingolfing. 30.

— Epus Baturicus cum advocato suo Pazrico suscipit donationem Comitis Wilhelmi S. Emmeramo factam. 31.

834. Idem Epus cum advocato suo Erinperto aliam Comitis Wilhelmi donationem S. Emmeramo factam suscipit. 32.

837. Comes Ratpodus praefectus oppidum Tulln S. Emmeramo donat. 33.

— Rex Ludovicus confirmat et renovat Coenobio Metten mundiburdium ab Imperatore Carolo suo avo eidem Monasterio concessum. 33.

— Traditio Hettonis nobilis viri ad Monasterium Monsee. 34.

— Epus Baturicus cum Ucciando quaedam concambiat. 34.

C. 842. Idem Epus, et vir illustris Maurentius concambiant de quibusdam terris. 36.

843. Idem Epus ceu abbas Lunaelacensis, et Luiphramus Archiepus Salisburg. confinia venationis et piscationis in Abernsee examinant et determinant. 36.

844. Regis Ludovici praeceptum de quibusdam praediis, quae cum aliis S. Emmerami rebus permutavit. 37.

DIPLOMATICUS.

844. Idem Rex iubet omnia beneficia, quibus hactenus favente Epo Baturico fruitus est, post decessum suum Monasterio S. Emmerami restitui. Pag. 39.

— Idem Rex ad Rotachin cuidam clerico Dominico nonnulla donat interventu Baturici Epi Rat. Berinharii et Babonis Comitum. 40.

C. 848. Erchanfridus Epus Rat. concambiat cum Hartuuico Epo Passaviensi. 41.

849. Idem Epus cum Liuphramo Archiepo Salisburg. de piscatione et venatione in lacu Abernsee transigit. 42.

851. Rex Ludovicus dat Monasterio Metten facultatem, libere eligendi abbatem. 43.

852. Erchanfridus Epus Rat. cum advocato suo Cunperto donationem suscipit. 44.

853. Rex Ludovicus confirmat eidem Epo traditionem bonorum in Austria a Wilhelmo comite factam. 44.

— Idem Rex donat Monasterio S. Emmerami quaedam bona in Sundergau unacum capella. 46.

859. Idem Rex medietatem Fisci in Tulln confert ad mensam monachorum S. Emmerami. 48.

864. Ambricho Epus Rat. concambiat cum Otkario Epo Eystettensi. 49.

865. Idem Epus cum Otmaro viro nobili concambiat 50.

866. Idem Epus cum Adalperto viro nobili concambiat. 50.

— Idem Epus et advocatus ejus Helfrich cum Ekkilinda vidua concambiant. 51.

868. Idem Epus, idemque advocatus suscipiunt renovatam traditionem Tevit et Erhilt ad aram S. Emmerami. Pag. 52.

871. Rex Ludovicus confirmat complacitationem inter Ambrichonem Epum Rat. et Engilmarum diaconum. 53.

874. Ambricho Epus Rat. cum comite Radolto concambiat. 54.

875. Rex Ludovicus, dictus Germanicus donat veteri capellae a se constructae Monasterium Bergen. 54.

876. Concambium de rebus S. Emmerami. 55.

878. Regis Carolomanni praeceptum de complacitatione inter Ambrichonem Epum Rat. et Hittonem abbatem Lunaelacensem. 55.

— Ej. Regis donatio proprietatis suae in pago Tunagouue facta Jobo presbytero, et eo mortuo Ecclesiae S. Emmerami. 57. *) *Pag.* 57. *lin. ult. super Engildeone comite consulatur index onomasticus.*

879. Ej. Regis confirmatio complacitationis inter abbatem et monachos Coenobii Mansee. 58.

— Embricho Epus Rat. concambiat cum Reginperto viro nobili. 59.

882. Carolus Imp. confirmat ac tradit Monasterio Metten quaedam bona. 60. *) Pag. 60. lin. 17. loco *rursus* legatur *versus*.

883. Idem Imp. donat cuidam Euprant capellam in Pirihinga, quae Euprant defuncto spectet ad veterem capellam. 61.

— Idem Imp. confirmat concambium in-

ter Ambrichonem Epum, et Hunricum Chor-Epum initum. Pag. 61.

883. Idem Imp. confirmat concambium, quo Epus Ambricho Hattoni abbati dat abbatiam Mansee pro rebus S. Emmeramo datis. 63.

884. Idem Imp. donat veteri Capellae Rat. ad luminaria Ecclesiam ad Marlingon. 64.

885. Idem Imp. donat abbati Engilmaro ad dies vitae Monasteria Perge et Wezzinesprunne, ac capellam in Mosheim. 65.

886. Idem Imp. dat. Parthenoni Obermünster mundiburdium. 66.

887. Arnolphus Rex concambiat cum Ambrichone Epo Rat. dans in villa Mandorf Eccliam cum decimis, et accipiens locum Prul. 67.

888. Ambricho Epus concambiat cum Owardo Presbytero coram Comite Engildeone. 68.

889. Idem Epus suscipit donationem Rodheri S. Emmeramo factam. 69.

— Rex Arnolphus donat Asperto suo Archicancellario capellam Aufhausen in pago Tunagouue. 70.

C. 889. Complacitatio inter Ambrichonem Epum, et hunc Cancellarium Aspertum. 71.

890. Arnolphus Rex Coenobio S. Emmerami cathedrali vindicat territorium absractum. 72.

892. Idem Rex donat Monasterio Metten quinque curtilia cum aedificiis suis Ratisbonae sita. 74.

895. Idem Rex confirmat concambium de bonis in Pupinga inter Tutonem Epum Rat. et Heinricum clericum initum. Pag. 75.

896. Arnolphus Imp. donat Ecclesiae collegiatae in Roting a se constructae quosdam mansos in Besing. 76.

898. Idem Imp. confirmat concambium inter Tutonem Epum Rat. et nobilem foeminam Winpurch initum. 77.

C. 899. Concambium inter Tutonem Epum, et Alpunium. 78.

900. Concambium inter Tutonem Epum, atque Waltilonem. 78.

— Concambium inter Tutonem Epum, ac Isanhartum. 79.

C. 900. Commutatio inter Tutonem Epum, et Waltonem nobilem virum. 80.

— Commutatio inter Tutonem Epum, et Duringum. 80.

901. Commutatio inter Tutonem Epum, et Liutpoldum Comitem. 80.

— Concambium inter Tutonem Epum, et Palduuinum. 81.

— Concambium inter Tutonem Epum, et Pazrinum. 81.

— Wickerus vir nobilis tradit aliqua in Pfeterah et Mosbach ad Eccliam Rat. eaque a Tutone Epo in feudum vitalitium accipit. 83.

C. 901. Concambium inter Tutonem Epum, et Gundalbertum. 82.

— Commutatio inter Tutonem Epum, ac Herirantum. 82.

— Commutatio inter Tutonem Epum, ac clericum Mahtheri. 82.

902. Rodolt vir nobilis Eccliae Rat. tradit aliqua in Prichsenthal, Vitaradorf et

Ratfeldon, eaque a Tutone Epo in beneficium accipit. Pag. 84.

903. Rex Ludovicus donat Tutoni Epo villam Teorinhova. 85.

— Idem Rex quasdam res matris suae tradit Eccliae S. Emmerami. 86.

904. Idem Rex concedit Tutoni Epo villam ad Oenum. 88.

905. Idem Rex confirmat concambium inter Joperht et Niederaltacenses initum. 89.

— Idem Rex confirmat Tutonis Epi, et Druoanti concambium, quo Pürkuuang rursus Eccliae Rat. obvenit. 89.

914. Conradus Rex confirmat concambium inter Tutonem Epum, et Ellinratham Regis Arnulphi concubinam initum. 91.

— Idem Rex confirmat commutationem rerum inter Tutonem Epum, et Etih factam. 92.

— Idem Rex donat Eccliae Rat. forestum juxta Sulzbach in comitatu Stauffensi. 93.

916. Idem Rex donat partem telonei S. Emmeramo pro luminaribus. 94.

C. 925. Tuto Epus Rat. concambium init cum Adalberto Archiepo Salisburg. 95.

C. 930. Othram Isangrimo Epo Rat. tradit mancipia ad censum Weltenburgensibus solvendum. 95.

932. De Synodo Dingolfingana. 95.

940. Rex Otto I. donat S. Emmeramo Helfendorf et Neuchingen. 96.

950. Idem Rex confirmat Eccliae Rat. Helfendorf et Neuchingen. 97.

959. Idem Rex confirmat S. Emmeramo quasdam res in Vogtareut ad Oenum, a Warmundo Comite donatas. 98.

961. Idem Rex bona in Prienberg dat ad victum monachorum S. Emmerami. Pag. 99.

967. Rex Otto II. donat Rihperto Epo Brixinensi ad dies vitae veterem capellam Rat. cum suis pertinentiis. 100.

C. 973. Complacitatio inter Epum Wolfgangum, et Einhart nobilem virum. 101.

974. Imp. Otto I. donat Parthenoni Niedermünster Rat. praedia Schirling, Rocking, Linthart et Biberbach in pago Tunagouue. 102.

— Idem Imp. donat eidem Parthenoni praedium Beutelhausen. 103. *) *In utroque diplomate verior annus est 973. congruens cum indictione I.*

— Imp. Otto II. confirmat Parthenoni Niedermünster praedia Schirling, Rocking, Linthart et Biberbach. 104.

— Idem Imp. confirmat eidem Parthenoni praedium Beutelhausen. 105.

C. 974. Iudita, Ducis bav. Henrici I. vidua donat S. Emmeramo suam proprietatem in Eiterhofen. 106.

979. Imp. Otto II. Wolfgango Epo indulget, ut in loco Zuuisila contra Hunnos castellum erigat, simulque donat territorium et 6 mansos regales ad Sedem Eplem Rat. 106.

C. 980. Traditio ad Coenobium Lunaelacense. 108.

981. Imp. Otto II. praedium Schierstat Emmeramensibus concedit. 108.

983. Idem Imp. confirmat traditionem quorundam curtilium Rat. et praediorum Puchilinga et Ekkolvinga S. Emmeramo factam. 109.

983. Idem Imp. confirmat traditionem locorum Alburg, Perg et Atasfeld S. Emmeramo factam. Pag. 110.

C. 990. Concordia inter Ramvoldum, primum abbatem S. Emmerami, et Paponem praefectum Rat. 112.

C. 991. Traditio Comitis Paponis praefecti Rat. ad Monasterium S. Emmerami. 112.

C. 996. Traditio ejusdem Comitis et uxoris suae Mahtildae ad Monasterium S. Emmerami. 113.

998. Imp. Otto III donat cuidam Tagini curtile ac curtem Ratisbonae. 113.

1000. Idem Imp. donat Comiti Adalberoni curtiferum Ratisbonae. 114.

1002. Rex Henricus II. donat Godehardo abbati Niederaltac. aream Rat. 115.

— Idem Rex donat Monasterio Tegernseensi aream Rat. 116.

— Idem Rex donat veteri Capellae a se restauratae villam Duveninga. 116.

— Idem Rex donat Epo Brixinensi aream Rat. 117.

— Idem Rex concedit Monasterio inferiori Rat. mundiburdium. 118.

— Idem Rex donat veteri Capellae Rat. villam Walching in pago Nordgouue sitam. 120.

— Idem Rex donat Epo Brixinensi villam Teign. 121.

1003. Idem Rex concedit Comiti Adalberoni bannum super agrestes feras. 122.

1004. Idem Rex donat veteri Capellae praedium in Nordgouue, et quidquid in villis Durnin et Mantalahi possidebat. 123.

1005. Idem Rex donat Monasterio inferiori Rat. praedium in curtibus Ratisbon. Pag. 124.

1007. Idem Rex donat ad stipendium Canonicorum Bamberg. locum Pfering, tres areas Ratisbonae, duas in Brunnelaite et duas in Reginhusen. 125.

1008. Idem Rex veterem Capellam Rat. dat in proprium Ecclesiae Bambergensi a se erectae. 126.

1009. Idem Rex donat Monasterio Niederaltac. Ecclesiam parochialem in Mündraching cum tribus mansis in Siffenkofen et molendino in Mangolting. 127.

— Idem Rex donat Monasterio Prül mansum regalem in villa Genstall. 128.

1009. Idem Rex donat Eccliae Bambergensi locum Lichtouua in pago Nordgouue situm. 129. *) *Annus hujus Diplomatis verior erit* 1011, *quo Erchanbaldus archicancell. successit Willigiso.*

1010. Idem Rex donat Parthenoni Obermünster curtem Salach. 130.

1012. Imp. Henricus donat Eccliae Bamberg. locum Irnsing in pago Kelesgouue situm. 131. *) *Pag.* 131. *lin.* 8. *de Ottone comite conferatur Index onomasticus comitum.*

1015. Idem Imp. donat Eccliae Bamberg Schwarzenfeld et Weilendorf in pago Nordgov. 132.

1019. Idem Imp. donat locum Berga, qui olim ad veterem Capellam spectabat, Eccliae Bambergensi. 133.

C. 1020. Gebhardus I. Epus Rat. dat pro loco Gruoba, ubi S. Emmeramus spi-

ritum emisit, duo curtilia intra et extra Ratisbonam sita. Pag. 134.

1021. Henricus Imp. Monast. S. Emmer. omnia bona generatim confirmat. 135.

— In specie vero traditionem curtis Vogtareut factam a Comite Warmundo. 136.

— Necnon curtem Eiterhofen. 137.

— Idem Imp. donat Parthenoni Obermünster duas terras intra et extra Ratisbonam sitas. 138.

1024. Rex Conradus Epo Frisingensi confirmat aedes Rat. ab Imp. Henrico donatas. 139.

C. 1024. Complacitatio inter Egilbertum Frising. et Gebehardum II. Ratisbon. Epos. 140.

— Epistolae Pauli et Gebehardi sacerdotum Rat. ad thesaurorum custodem Mediolani pro mittendo officio Ambrosiano, Sacramentario et Antiphonario, unacum relatione custodis. 141.

1025. Rex Conradus II. confirmat Parthenoni Obermünster duas terras intra et extra Rat. 145.

— Idem Rex confirmat Parthenoni Niedermünster omnes possessiones. 146.

1026. Idem Rex confirmat Coenobio Seeon aream Rat. 146.

1028. Traditio praedii in Simaningen ad Monasterium S. Emmerami. 147.

1029. Imp. Conradus confirmat Parthenoni Obermünster curtem Salach. 148.

C. 1035. Gebehardus II. Epus Rat. donat decimam in Erling ad Monasterium S. Emmerami pro anniversario. 149.

1036. Imp. Conradus donat Monasterio Prill omnem agellum in villa et erga villam Genstall Pag. 150.

1037. Gebehardus III. Epus Rat. instituit Collegiatam in Oehringen, eamque Eccliae Rat. in proprium tradit. 150.

1040. Rex Henricus III. donat Eccliae Bamberg. ancillam, natam Ratisbonae. 151.

— Idem Rex donat cuidam Heziloni praedium Pullenreut. 152.

C. 1048. Berhta, nobilis matrona tradit Parthenoni Obermünster praedium Langenpreising. 152.

1052. Rex Henricus confirmat eidem Parthenoni duas terras intra et extra Rat. ac reliquas possessiones. 153.

1054. Idem Rex donat cuidam Bertholdo villam Rotenbach ad Naabam. 154.

1057. Rex Henricus IV. donat veterem Capellam Rat. Eccliae Bambergensi 155.

1061. Idem Rex donat cuidam Otnant partem sylvae ad Naabam. 156.

1062. Idem Rex confirmat Eccliae Salisburg. omnia bona, nominatim ea, quae in civitate Rat. et ejus vicinia possidet. 157.

1064. Idem Rex restituit et confirmat Parthenoni Obermünster praedium Otmaring. 158.

C. 1064. Otto Epus Rat. abbati S. Emmerami de censu 20 talentorum annuo 10 talenta in perpetuum remittit 159.

C. 1065. Askwin praefectus tradit ad Parthenonem Obermünster tres hobas in pago Stauffensi sitas. 160.

C. 1066. Traditio praedii in Mänching,

et hubae in Traubling ad eundem Parthenonem. Pag. 161.

C. 1068. Traditio praedii Pülnhofen ad eundem Parthenonem. 161.

C. 1070. Otto Epus Rat. tradit mancipia ad Coenobium Weltenburgense. 162.

C. 1071. Heinricus praetor Rat. tradit praedium in Walda ad Monasterium S. Emmerami. 162.

C. 1071. Idem praetor monasterio S. Emmerami tradit duas hobas cum 4 mancipiis in Eskilinbach. 163.

1073. Heinricus IV. Rex Parthenoni Obermünster remittit 10 porcos de annuo servitio. 163.

C. 1074. Traditio mansi Geltolfingen ad Parthenonem Obermünster. 164.

C. 1074. Traditio silvae juxta Wolkering ad Parthenonem Obermünster. 165.

1075. Concambium mancipiorum inter Frisingensem et Ratisbonensem Episcopos. 165.

1089. Heinricus IV. Imp. scotos Ratisbonae ad Wihen S. Petri degentes in mundiburdium suscipit 166. *) *Pag. 167. lin. 4. testes huic Diplomati subnexi manu recentiori ex alio mundiburdio an.* 1111. 26. *Martii, quod sequitur Pag.* 171., *male sunt transscripti.*

C. 1098. Otto Epus Ratisbon. beneficium in villa Geisling monasterio Prül cum proprietate tradens sui memoriam etc. fundat. 167.

C. 1098. Traditio praedii Distelhausen ad Parthenonem Obermünster. 168.

1101. Heinricus IV. Imp. monasterio Monsee quaedam bona subtracta restitui jubet. Pag. 169.

1107. Hartwicus I. Epus Ratisb. eidem coenobio tradit Ecclesias Wisilburg et Steinekirchen cum novalibus quibusdam. 170.

C. 1107. Idem Episcopus Ecclesiae in Winkling decimas ibidem determinatas adpropriat. 171.

1111. Henricus V. Imp. Ecclesiam scotorum ante portam Roselint Ratisbonae in mundiburdium suscipit. 171.

1114. Hartwicus Epus Rat. et Otto Bamberg. Epus concordiam ineunt circa decimas novalium. 172.

1115. Henricus V. Imp. Hartwicum Ratisb. Epum certiorem reddit de actis suis in Italia circa discordiam *ob investituras.* 174.

1116. Idem Imperator Ottoni de Wittelspach, postea Palatino comiti praedium Weilnbach tradit. 176.

1117. Traditio mancipiorum ad Parthenonem Obermünster. 177.

C. 1117. Chuono nobilis de Velburg beneficus Parthenoni Obermünster. 177.

1118. Diepoldus Marchio fundat monasterium Reichenbach. 177.

1121. Fundatio monasterii Ensdorf 178. *) *Pag.* 178. *lin. antepenult. post allodiis suis suppleatur: „immo et de beneficiis suis, quibus à Babenberg etc.“*

1122. Mundiburdium papale concessum Monasterio Reichenbach. 180.

1123. Hartuuicus Epus Rat. Weltenburgi amotis Benedictinis canonicos re-

gulares instituit, quibus insulam in danubio ac montem in vicinia donat. Pag. 181.

1124. Privilegium Imp. Henrici datum Monasterio Ensdorfensi. 182.

1127. Rex Lotharius confirmat Eccliae Bamb. locum Schambach et decimas in Epatu Ratisbon. 183.

1128. Conradus I. Epus Rat. in monasterio Weltenburg. restituit Benedictinos. 184.

1129. Rex Lotharius confirmat concambium inter Epum Rat. et abbatem Pruvening. circa decimas novales initum. 186.

— Transactio inter Rat. et Bamberg. Epos circa decimas novales. 187.

C. 1129. Conradus I. Epus Rat. Coenobio Lunaelacensi dat varia bona in Steinkirchen, ac dona Antecessorum confirmat. 189.

C. 1130. Concambium inter Conradum I. Epum Rat. et Conradum de Meglingen. 190.

— Adelheid Comitissa de Hohenburg tradit Parthenoni Obermünster duos mansos ex praedio Moeringen. 191.

C. 1132. Henricus I. Epus Rat. tradit Collegiatae S. Joan. Rat. decimas vini inter Wisent et Tirsenthal. 191.

1133. Incorporatio Eccliae Hegling cum monasterio Ensdorf. 191. *) *Numerus hic suppositilius est, et male consarcinatus in Diplomatario recentiori finis Saeculi XV. ex originali sub. Num. CCXII. occurrente.*

1133. Epus Henricus confirmat fundationem Monasterii Rohr. Pag. 192.

C. 1133. Idem Epus dat Monasterio Prülensi quasdam decimas. 193.

— Idem Epus dat Xenodochio Prülensi quasdam decimas. 194.

— Ej. Epi concambium cum monasterio S. Emmerami. 194.

C. 1134. Idem Epus donat monasterio Prülensi quaedam bona Epatus Rat. 195.

— Idem Epus restituit decimas plebano in Nittenau. 196.

1135. Privilegium Diepaldi Marchionis de Voheburg datum Monasterio Reichenbach super ejus libertatibus et advocatia. 196.

C. 1136. Epus Henricus donat Monasterio Prüfening decimas novales. 198.

C. Hageno miles de Tanheim appropriat capellam ibidem Coenobio Ensdorf. 199.

— Epus Henricus tradit monasterio Diessensi praedium Telbes. 200.

1137. Epus Henricus confirmat fundationem praepositurae Schamhaupten. 200.

1138. Idem Epus constituit Gebhardum de Abensberg ceu advocatum Monasterii Rohr. 201.

— Idem Epus confirmat monasterio Baumburg parochiam Haberskirchen. 203.

— Brevis narratio de fundatione coenobii S. Magni pede pontis. 204.

1139. Epus Henricus tradit Eccliae in Reisbach decimas ad eam antiquitus pertinentes, et monasterio Wessin-

brunn. novalia ac Eccliam Engilmarisberg. Pag. 205.

1140. Liupaldus Dux Bav. confirmat concambium inter monasterium Prüfening, et praefaectum Rat. factum. 205.

1142. Otto Epus Frising. donat Parthenoni Obermünster decimas in Langenpreising. 206.

1143. Mundiburdium papale datum monasterio Ensdorfensi. 207.

1143. Epi Henrici mundiburdium datum praepositurae in Päring. 209.

— Idem Epus concedit Gerhardo Comiti de Chregling advocatiam monasterii Prül. 210.

C. 1144. Concambium inter Epum Henricum, et coenobium Aldersbac. 211.

1145. Ej. Epi commutatio praedii in Sinzing pro praedio in Horwen. 211.

— Idem Epus donat monasterio Rohr. decimas in Winzer. 212.

— Papae Eugenii III. protectorium seu mundiburd. datum Capitulo Rat. 213.

C. 1145 Epus Henricus dat monaterio S. Michaelis prope Bamberg. decimas in Rumoldreut et Pillungsreut. 214.

C. 1146. Gerhohus praepositus Reichersberg. hortatur abbatem Prüfening. ut mitiget animum Epi Rat. respectu civium Rat. 215.

— Traditio praedii Mögensbach ad Parthenonem Obermünster. 216.

1147. Mundiburdium papale datum monasterio Prül. 217.

C. 1147. Epus Henricus eximit monasterium Windberg. ab exactione decimarum novalium. 217.

C. 1147. Ernestus et Fridericus comites de Hohenburg donant castrum Hohenburg cum pertinentiis Epo Henrico et Eccliae Rat. Pag. 218.

1148. Mundiburdium papale datum monasterio Scotorum ad S. Jacobum Rat. 219.

— Epus Henricus dat Coenobio Mansee locum Humersbach prope Pechlarn. 220.

C. 1149. Comitis Udalschalchi traditio ad Parthenonem Obermünster. 221.

C. 1150. Liutkardis comitissae de Bogen traditio ad eundem Parthenonem. 221.

— Ej. Comitissae traditio ad eundem Parthenonem. 221.

C. 1151. Comitis Sigehardi traditio ad eundem Parthenonem. 222.

— Comitis Friderici traditio ad eundem Parthenonem. 222.

1152. Epus Henricus donat monasterio Raitenhaslach decimas novales quoad Epatum Rat. 222.

1154. Idem Epus adjudicat hospitali in Prül capellam in Alling. 223.

C. 1155. Hartuuicus II. Epus Rat. confirmat Collegiatae S. Joan. decimas ex vineis inter Wiseut et Tiefenthal. 224.

1156. Papae Hadriani IV. mundiburdium datum monasterio Scotorum ad S. Jacobum Rat. 224.

— Epus Hartuuicus dedicat altare in monasterio S. Magni pede pontis, eidemque monasterio decimam, baptisma, et sepulturam villae *am Hof* pro dote offert. 225.

C. 1156. Traditio horti et duorum curtilium ad monasterium Prül. Pag. 226.
— Epus Hartuuicus confirmat Eccliae in Geltolfing proprium sacerdotem. 227.
1157. Imp. Fridericus I. adprobat sententiam de feudis Epatus Rat. ac monasterii S. Emmerami ad foeminas non transeuntibus. 227.
— Epus Hartuuicus cum Ottone Epo Frising. per arbitros transigit de controversis Dioecesis suae finibus. 229.
1158. Idem Epus concambiat cum monasterio Windberg. tradens partem montis Pilnha, et recipiens curtem Langenowe. 230.
C. 1159. Ej. Epi donatio areae et domus ad hospitale S. Cath. Rat. 231.
1160. Conradus Epus Patav. donat decimas ad Parochiam Hochelingen in fundo Friderici praefecti Rat. sitam. 232.
C. 1160. Abbatis Asbacensis concambium cum Hartuuico Epo Rat. 233.
1161. Epus Hartuuicus monasterio S. Magni parochiam Saler concedit. 234.
— Idem Epus restituit monasterio S. Emmerami bona in Hebramsdorf. 234.
— Eberhardus Archiepus Salisburg. decernit, parochiam Eining non esse subjectam parochiae Hienheim. 235.
1162. Concambium inter Epum Hartuuicum, et Comitem Rapotonem de Abinberg. 236.
C. 1163. Idem Epus donat monasterio Weltenburg. parochias Reussing et Holzharlanten. 238.
C. 1165. Eberhardus Electus Rat. adjudicat monasterio Münchsmünster parochiam ibidem. Pag. 238.
1166. Imp. Fridericus I. confirmat concambium de quibusdam mansis inter Gebhardum Bamberg. Epum, et Eberhardum Electum Rat. factum. 239.
— Heilicae viduae, Comitissae Pal. traditio Haslach et Wintpaissing ad monasterium Ensdorf. 240.
— Ej. traditio praedii Tanhausen ad idem monasterium. 241.
1167. Imp. Fridericus I. confirmat neoelectum Epum Rat. Conradum de Raitenbuch. 242.
C. 1170. Abbas Tegernseensis dolet exustionem monasterii S. Emmerami Rat. 243.
— Friderici Comitis Pal. variae traditiones ad quasdam Ecclias Rat. 243.
1171. Concambium Conradi II. Epi Rat. cum monasterio Asbach. 244.
1174. Idem Epus donat monasterio S. Emmerami decimas novales curiae S. Joannis prope Pfatter, ac permutat agros huic curiae adiacentes pro decimis in Illkofen. 245.
C. 1176. Testimonium Gerungi plebani in summo Rat. super feudis. 246. *Potius ante annum* 1148.
1177. Papa Alexander III. dat mundiburdium monasterio S. Jacobi Scotorum Rat. 247.
— Traditio mancipiorum ad Parthenonem Obermünster. 249.
1179. Concambium inter Conradum Epum, et monasterium Oberaltacense 249.
— Gebhardus comes de Sulzbach, advo-

Catus Eccliae Rat. Emmeramensibus fundum pro aedificio molendini vindicat in loco Friesheim in pago Tunagouue. Pag. 250.

1179. Otto senior, et Otto junior Comites pal. de Wittelsbach donant monasterio S. Emmerami carradam vini ex loco Pfaffenstein. 251.

C. 1180. Donatio domus cum area ad Parthenonem Obermünster. 252.

— Traditio praedii Pezenbach ad eundem Parthenonem. 252.

C. 1181. Ottonis Lantgrafii traditio aquae apud Ortt ad monasterium S. Emmerami. 253.

1181. Restitutio mancipiorum a Sophia de Abensberg ad idem monasterium donatorum. 253.

1182. Papa Lucius III. dat monasterio Reichenbacensi mundiburdium. 254.

— Imp. Friderici I. privilegium concessum ponti lapideo Rat. 256.

— Ej. Imp. litterae confirmationis ac mundiburdii datae monasterio Reichenbacensi 258.

1183. Papae Lucii III. mundiburdium datum Capitulo Rat. 260.

— A praefecto Rat. adjudicatur monasterio S. Emmerami praedium Grosrastisberg. 262.

1184. Mundiburdium papale concessum Collegiatae ad veterem Capellam Rat. 263.

— Conradus Epus Rat. restituit monasterio Mansee forestam Abernseensem. 265.

1185. Papa Lucius III. confirmat privilegia, possessiones et sepulturam monasterii S. Jacobi Scotorum Rat. Pag. 267.

1186. Papa Urbanus III. dat Collegiatae S. Joan. Rat. litteras mundiburdii. 268.

C. 1186. Concordia inter abbatissam in Obermünster, et plebanum in Metenbach. 270.

1187. Concambium agrorum inter monachos Prülenses, et canonicos veteris capellae Rat. 271.

1189. Concambium Conradi III. Epi Rat. cum monasterio Prüfening. 273.

1192. Papae Coelestini III. facultas data Epo Rat. absolvendi incendiarios. 274.

— Per Wolfkerum Epum Passav. parochiae Eilsbrunn adjudicatur ecclesia Waltenhofen. 274.

1193. Conradus Epus donat Parthenoni Niedermünster decimas novales. 275.

C. 1193. Nobilis matrona Perhta de Leonsberg tradit Parthenoni Obermünster mancipium. 276.

— Richgardis Landgrafia de Stevening tradit eidem Parthenoni mancipia. 277.

1194. Epus Conradus donat monasterio Mansee parochiam Wihemerting. 277.

— Papa Coelestinus III. confirmat jura ac privilegia monasterii Scotorum S. Jacobi Rat. 279.

C. 1196. Elocatio vitalitia areae inter tonsores Rat. 279.

C. 1198. Comes Udalricus de Velburck donat castrum et praedium Helfenberg ad Eccliam Rat. 280.

1199. Papae Innocentii III. Commissorium datum ad tuenda iura parochi in Rie

kofen contra monasterium Walderbach. Pag. 281.

1200. Epus Conradus finit discordiam inter abbatem Windberg. et parochum in Schneiding ob decimas curiae Fürlebach ortam. 282.

1201. Telonium et Passavii et Achdorfii aboletur. 283.

C. 1202. Epus Conradus consentit, ut liberi Henrici de Kitzbühel inter suam et Bamberg. Eccliam dividantur. 284.

1204. Privilegium Ducis Ludovici datum monasterio Reichenbach. 284.

1205. Papae Innocentii III. Commissorium contra Conradum IV. Epum Rat. ratione domus feudalis. 286.

— Romanorum Rex Philippus confirmat concordiam super divisione liberorum inter Epum Rat. Conradum, et Ducem Bavariae Ludovicum initam. 286.

— Idem Rex dat Epo Conrado privilegium, de rebus mobilibus Eccliae suae testandi et disponendi. 288.

— Compositio inter Epum Conradum, et Ducem Bavariae Ludovicum. 289.

— Quam Compositionem Rex Philippus confirmat. 292.

1207. Epi Conradi instrumentum super re judicata a Praedecessore suo inter Capitulum Rat. et Wirntonem de Blankenstein respectu quorundam hominum Capitulo censualium. 292.

— Henrici Comitis de Lechsgemünde resignatio feudorum in Carinthia in manus Archiepi Salisburg. 294.

— Regis Philippi transactio litium inter Archiepum Salisburg. et Comitem de Lechsgemünd. Pag. 295.

1209. Papae Innocentii III. Commissorium contra comitem de Plain et alios, pactum super Summa pecuniae Epo Rat. solvendae initum impedientes. 296.

— Idem Papa confirmat privilegium a Coelestino III. Epo Rat. datum. 297.

— Ej. Papae admonitio ad Epum Rat. de reformandis in clero abusibus. 297.

— Ej. Papae mandatum ad eundem Epum de residentia parochiali aut per Canonicos ipsos, aut eorum Vicarios facienda. 298.

— Traditio mancipii ad Eccliam Rat. 298.

1210. Compositio Maehtildis Comitissae de Hohenburg cum Epo Conrado super castro Hohenburg in Nordgovia. 299.

— Ducis Ludovici donationes ad domum teuton. Rat. 299.

C. 1210. Epus Conradus declarat, Eccliam Weihmichel filialem esse Parochiae Neuhausen. 300.

— Imiga de Hohenfels renuntiat omni juri in praedio Seulnhofen. 301.

1211. Epi Conradi litterae super praedio Seulnhofen hospitali S. Cath. Rat. donato. 302.

1212. Rex Fridericus II. monasterium S. Jacobi, et Prioratum S. Petri Scotorum Rat. in protectionem recipit. 303.

1213. Epus Conradus donat hospitali S. Cath. Rat. allodium Höhenberg. 305.

— Compositio inter Epum Conradum, et Ludovicum Ducem Bavariae, seu

fusior expositio tractatus 1205. initi. Pag. 306.

C. 1214. Epus Conradus transfert hospitale S. Cath. in domum ad opus pontis habitam. 306.

1215. Idem Epus concedit monasterio Prül Ecclias Weihenloh et Talmässing. 307.

— Papa Innocentius confirmat eidem monasterio easdem Ecclesias. 309.

C. 1215. Ducis Zaringiae consensus ad concambium infer. et super. monasteriorum pro villis Nördling et Orngau. 309.

— Ducis Austriae consensus ad idem concambium. 310.

1215. Rex Fridericus II. dat Epo Rat. pro Noerdling et Orngau monasteria Ober - et Niedermünster. 310.

1216. Idem Rex renuntiat consuetudini, occupandi defuncti Epi vel Abbatis res mobiles et redditus. 312.

— Idem Rex concambium cum Epo Rat. de infer. et sup. monasteriis initum retractat, sententiamque de inalienatione Principatuum confirmat. 314.

— Epus Conradus monasterio Rohr adjudicat decimas in Rohr. 315.

— Decisio, quod Ecclia in Pfreimd non sit subjecta Parochiae Naabburg. 316.

— Compositio amicabilis inter abbatissam monasterii sup. et abbatem S. Jacobi super constituendo Priore in Weih sanct Peter. 317.

— Epi Conradi ordinatio circa praebendam a monasterio sup. ad Prioratum Weih sanct Peter dandam. 319.

1217. Epi Conradi mundiburdium datum hospitali S. Cath. Rat. Pag. 320.

1219. Regis Friderici II. constitutio quoad advocatias Obermünstrenses. 321.

— Liupoldi Ducis Austriae testimonium de venditione possessionum in Motzing. 322.

— Rex Fridericus II. Epo Conrado confirmat omnia jura Rat. et in dominiis, praesertim coquendi salis et fodiendorum metallorum. 323.

1220. Idem Rex prohibet Norimbergensibus, monetas facere cum imagine monetarum Rat. 324.

— Papae Honorii III. statutum de absolutione et iuramento incendiariorum. 325.

— Epus Conradus confirmat arbitramentum de pensione a parocho Geckingensi monasterio Weltenburg. solvenda, simulque huic monasterio tres mansos in Staubing donat. 326.

— Fideiussio monasterii S. Petri Salisburg. pro 200 marcis argenti. 327.

— Locatio vitalitia bonorum apud Wisendorf. 327.

C. 1220. Epus Conradus confirmat ac innovat statutum Epi Henrici 1143. monasterio Prül circa advocatiam limitatam datum. 329.

1221. Papae Honorii III. commissorium, ut comes de Ortenberg satisfaciat Epo Rat. 329.

— Ej. Papae mandatum, ut Archiepus Salisburg. et fideiussores ejus teneantur promissa praestare circa bona ab Epo Rat. vendita. 330.

1221. Ej. Papae confirmatio reddituum, quos Epus Rat. in parochiis Münster et Pilsting possidet. Pag. 330.

— Epus Conradus decidit litem inter abbatem Prül. et plebanum in Perkam ob capellam S. Viti ortam. 331.

— Imp. Friderici II. sanctiones contra Civitatum statuta, contra haereticos, circa libertatem et jura ecclca, circa navigia etc. 331.

— Ekebertus de Ekmül promittit, quod bona et homines Capitnli non amplius molestabit. 334.

1223. Ulricus et Poppo de Geltolfing renuntiant praedio Talmassing ab ipsis impetito. 335.

C. 1223. Gebhardus Epus Passav. confirmat commutationem inter Epum Conradum, et Capitulum suum de parochia Pechlarn factam. 337.

1224. Epus Conradus promittit Duci Bavariae, quod advocatiam, quam feudis Comitis de Dornberg detraxerat, alio feudo compensare velit. 337.

— Donatio castrorum conditionate facta a Duce Ludovico Ecclesiae Rat. 338.

— Exemtio a theloneo hominibus Epi Rat. ex territorio Pechlarn a Liupoldo Duce Austriae concessa. 340.

— Ulricus de Oppersdorf donat parochiae Heimsacker vineam. 341.

— Epus Conradus incorporat Collegiatae ad veterem capellam Eccliam parochialem S. Cassiani Rat. 342.

— Idem Epus incorporat monasterio Rott ad Oenum parochiam Koetzting. 343.

1225. Idem Epus testatur, hubam in Weichs suo ministeriali Conrado de Weichs fuisse locatam. Pag. 344.

1226. Idem Epus concedit sup. et inferiori monasteriis bona sua in Haselbach, et Eccliae S. Pauli partem curiae in Sünching. 344.

— Ej. Epi ordinatio de dominio super hospitale S. Cath. Rat. 345.

— Idem Epus recipit fratres minores, eisque concedit capellam S. Salvatoris Rat. 346.

— Idem Epus donat Capitulo suo vineas et agros, et loco parochiae Pechlarn parochiam Altheim. 348.

1227. Papa Gregorius IX. dat Epo Rat. facultatem, absolvendi incendiarios. 349.

— Idem Papa cassat electionem praepositi Gotfridi, et confirmat Sifridum Cantorem Mogunt. ceu Epum Rat. 349.

— Idem Papa hanc Sifridi confirmationem civitati Rat. insinuat. 350.

— Imp. Fridericus II. irritat et revocat omnes infeudationes et alienationes bonorum Eccliae Rat. a praeposito Gotfrido factas. 351.

1228. Sifridus Epus Rat. oppignorat Ulrico Vicedomino redditus parochiae S. Udalrici Rat. ad triennium. 352.

— Compositio facta ob praepositum Gotfridum et suos fautores de damnis Capitulo illatis. 353.

— Praepositus Gotfridus renuntiat praepositurae, sibi reservatis duabus praebendis. 354.

INDEX I.

1228. Sifridus Epus suo Capitulo incorporat parochiam Saler. Pag. 355.

1229. Idem Epus assumit fratres ordinis Praedicatorum in Civitatem Rat. 356.

— Papa Gregorius IX. monasterium superius (simul etiam inferius) in protectionem S. Petri et suam recipit. 357.

— Contractus inter Epum Rat. et Ducem Bavariae circa damnorum satisfactionem. 358.

— Henrici de Eberspeunt obligatio circa bona in Wisendorf ipsi ad dies vitae concessa. 359.

— Capitulum Rat. fratribus ord. Praedicat. Eccliam S. Blasii assignat. 361.

C. 1229. Capituli Rat. statutum de administratione praebendarum. 362.

1230. Papa Gregorius IX dat Epo Rat. facultatem, concubinarios dispensandi ab excommunicationis sententia. 364.

— Ej. Papae commissorium contra Nobiles de Owe, Epum Rat. molestantes. 364.

1232. Conradus de Hohenfels renuntiat castro Falkenstein, advocatiae in Inkofen ac feudo Lupi de Lengenfeld, ac per Epum Sifridum infeudatur castro Helfenberg. 365.

— Principes Imperii sunt mediatores inter Imp. Fridericum II. ac Regem Henricum ejus filium. 366.

— Ab Imperatore Friderico II. prohibentur communia Civitatum consilia, magistri civium ac alii officiales, necnon confraternitates artificum, aliique Civitatum abusus. 367.

1232. Ab eodem Imperatore proscribitur Comes de Wasserburg ob spoliationem ministerialium Epi Rat. Pag. 369.

— Ludomia vidua, Ducissa Bavariae fundat Parthenonem Seligenthal prope Landishutum. 370.

1233. Rex Henricus concedit Epo Sifrido proventus, jurisdictiones ac justitias Judaeorum Rat. 371.

— Epus Sifridus confirmat donationem monialibus ad S. crucem a civibus Rat. factam. 372.

— Albertus Comes de Bogen curiam suam Rat. fratribus minoribus ibidem donat. 373.

1234. Conradus pincerna de Winterstetea resignat Epo Rat. ex praedio suo Hausen redditus 6 tt. 374.

— Sifridus Epus, et Conradus Comes de Wasserburg ad mutuum confoederantur auxilium, huicque dantur varia castra tuenda. 375.

1235. Epi Sifridi arbitramentum inter monast. Prül, et Goezuuinum de Ekmül ob praedium in Talmassing. 377.

1236. Traditio dominii et proprietatis in Geltolfing ad Eccliam Rat. 378.

1237. Epus Sifridus decidit litem inter monasterium Rohr, et comitem de Rotteneck ob advocatiam ortam. 379.

— Compositio inter Sifridum Epum, et Ottonem Ducem Bavariae. 379.

— Comes Henricus de Ortenberg in Murach donat Parthenoni ad S. Crucem Rat. in vim dotationis dominium Eccliae Schwarzhofen. 381.

1238. Quam donationem Epus Sifridus confirmat. Pag. 382.

— Epi Sifridi privilegium datum monasterio S. Jacobi Rat. super fundo juxta turrim caesaris. 383.

